SPECVLVM,
ET ADVMBRATIO,

Quo modo perillustrium, ac generosissimorum Heroum Filij ad Reip. vtilitatem instituí, & educari debeant.

CVM ENARRATIONIBVS,

Quales si paternæ hæreditati, vel regimini succedant, vsque ad extremum vitæ actum esse teneantur.

AVCTORE
Christophoro Schueningero Artium, & Philosophiæ Magistro, ac legum Cand.

Illustris mores possis didicisse iuuentus
Hunc agili librum sæpè reuolue manu.



Veronæ, Apud Sebastianum à Donnis. M D X C.
Ex permissu Superiorum.


AVCTORVM NOMINA,
Ex quibus liber hic collectus, & in ordinem redactus sit.

Aristoteles.	Plutarchus.	S.Dionysius.
Plinius.	Chrysippus.	S.Augustinus.
Gellius.	Fabius.	S.Ambrosius.
Quintilianus.	Laertius.	S.Iacobus.
Cicero.	Liuius.	S.Petrus.
Virgilius.	Salustius.	S.Paulus.
Ouidius.		
M. Valerius.	Plautus.	Sapiens.
Horatius.	Galenus.	
Terentius.		
Iuuenalis.	Liber Pandect.	Prouerb.Salom.
Seneca.		

Haud verisimile est cum cæteræ partes ætatis benè descriptæ sint extremum actum tamquе ab inerti poeta esse neglectum. Cic. in lib. de Senect.

Inclitis, & perillustribus insigniq; virtutum, & doctrinæ indole præditis iuuenibus Maximiliano, Carolo, & Alphonso fratribus Lodroni Comitibus, atq; Castri Noui Dominis: Discipulis suis suauissimis, salutem dicit, & omnem fœlicitatem precatur.

Christophorus Schueninger Philosophiæ Magister, & Iuris Cand.



NOVISTIS haud difficulter, Discipuli charissimi eos, qui aliquid in lucem ædunt, duobus potissimũ niti: sectantur, & lau-

dem eorum, quibus id ipſum conſecrant: deinde materiam de qua librum inſcribunt, declarant: Horum primũ, cum & in opere meo vulgari, ac materna noſtra lingua, nōdum tamen omnino completo, docendi vos onere, & alijs quamplurimis (quemadmodum ipſi noſtis) occupatus, haud inconſulto prȩterierim: Viderer enim veſtrorum præſtantiſſimorum maiorum clariſſimam, & illuſtriſſimam propaginem, veſtriq; amantiſſimi (dulcis, & fœliciſſimæ memoriæ) Parentis, res præclarè geſtas, craſſis orationis meæ tenebris, obſcurare potius, quàm illuſtrare, id quod in hoc iuuentutis theſauro haud imprudens neglexiſſe, nec abs re præterijſſe, non mihi vitio vertendum fore, arbitror. Sufficiat ſolum-

modo

modo hoc loci, vos ſolos (te potiſſimum Maximiliane perchare) defenſores iudicatos, quibus operam hãc meam de INSTITVTIONE IVVENTVTIS inſcriptam, dedicem, conſecrem, & attribuam. Suſcipite ergo Diſcipuli ſuauiſſimi opuſculum hoc meum (vti omnia alia) animo benigno, & grato, atque conſtanter, ac ſtrenuè veſtro in ſtudiorum curriculo pergite meque vt facitis, ſemper ingenioſa mente diligite. Valete.

Data Veronæ 9. Martij, Anno ſalutis noſtræ 1590.

PRAEFATIO AD LECTOREM.

HAVD immeritò,& abs re(Lector Beneuole) põderandum propones, quamobrem Philippus Macedonum Rex tam in re militari,quàm in litteris, & artibus liberalibus præstans Dijs suis solemnes egerit gratias, maximeq; ob natum filium suum Alexandrum gauisus fuerit, vt inquit Gel.lib.9.cap.3.Hoc inquiens neutiquam ob creaturam natam factitatum ab illo fuit:Verum potius Dijs gratiam retulisse suis, quod filium suum nasci contigerit,temporibus summi, & præstantissimi Philosophi Aristotelis. Spero enim fore, inquit,in prælibato loco, vt eductus, eruditusque, abs te dignus existat & nobis,& nostrarum rerũ successione; ò quàm, etsi ethnica,laudabilis tamen, & approbanda gratiarum actio, animiq; præstantis elatio, sperabat enim Rex ille fore, vt breui filius suus,sub Præceptore hoc in talem e-

uaſurus ſit, qui dignus hæres, & ſucceſſor Regni ſui proclametur. Vtinam dicteriũ hoc vnicũ plerią; Chriſtiani Reges, Principes, ac Domini benè, & ingenuoſa mente cordi acciperent, atque diligentem nauarent operam, vt filij ſui primò ad gloriã Dei, cui omnium primo primus debetur honor, deinde ad totius Reip. vtilitatem, quo inquam filij, & aliquando ſucceſſores ſui, ſuarumą, prouinciarum regentes tãquàm margarita pretioſiſsima tueantur, omnią; doctrina, & virtutibus abundantiſsimè imbuantur: facili deinde brachio aureum tibi ſæculum, Lector beneuole, pollicebor. Vale, meaą, monumenta pro virili benigniter defende.

De Amore vero, ac vano, Parentum erga suos filios.

SVMMARIVM.

1 Verus amor paternus est filios suos in doctrina Christiana informare.
2 Nimium conniuere filijs perniciosus amor Parentum.
3 Castigatio Parentum in filios maximos fructus affert.
4 Parentes inepti ob castigationem in pueros sæpè præceptoribus insidiari solent.
5 Exemplum cuiusdam impudentis patris: qui pro salario præceptoris mãcipium potius emere voluit.
6 Accommodata responsio Aristippi Philosophi.
7 Puerum non edoctum bruto animali assimilari.
8 Condolendum esse nobiles suos liberos adhuc v-beri, & mammillæ matris adhærentes splendidissimis, & illustribus titulis intitulari.
9 Execrandum inde malum oriri.
10 Immoderata recreatio vitiosa.
11 Medium semper tenendum.

DISPOSITIO I.



VM in plerisque ferè statibus, & hominum conditionibus (parentum quod amorem erga liberos suos cõcernit) maxima ineptia, atque stultitia

titia cernatur. Prolegomenum loco hac de re pau ca præmittere m hi visum est.

Primò itaque parentibus (modò filios suos vero, ac sincero amore amplecti velint) vt summo studio in timore Dei, et doctrina Christiana, ac fide catholica, atque bonis artibus, & disciplinis filios
1 *suos informari faciant, curandum. Hic ingenuus est amor, quem parentes erga filios habere, et exhibere debent, atque iure diuino coguntur.*
2 *Alter verò, qui in parentum cõniuione consistit, abominandus & execrandus est: quando etenim (vt habemus Prouerb. lib. c. 29.) castigaueris filium tuũ iucundus tibi erit, & afferet animæ tuæ delitias, ibidem virga, & obiurgatio affert sapientiã: qui enim coercetur pudori facit matrem suam. Ii autem qui (quorum hoc proh dolor nostro sæculo infinitus est numerus) filijs suis omnem petulantiam conniuent, & de hoc subrident haud*
3 *Salomonem Prouer. se legisse arbitror vbi dicit: Stultitia agnata est cordi adolescentis, virga castigatrix exmet eam. Adhuc reperiuntur quidã, qui liberos sæpè suos tam miserè, & deplorando modo in omni uitiorum genere enutriunt, educãt, atq; tollerare quod peius est, non possunt, haud norunt optimè Sal. Prouer. 13. dicere: qui abstineat uirgam, odat filium, qui uerò amet, quærat ut erudiatur, ut quãdo pueri sui à præceptoribus neces-*
4 *sitate postulante castigentur, persæpes præceptoribus, ideò insidiãtur, execrabilius autem est reperiri*

periri quosdam qui potius omnia sua bona ab homini dedant, atque uanè Epicureorum modò insumant, quàm ut præceptoribus pro erudiendis filijs suis obolum exponant.

Sunt insuper quidam (tanta est improbitas nonnunquam parentum) qui libẽtius equum, aut aliquod aliud mancipium, quàm filijs suis institutionem, & doctrinam bonam per Pædagogum, quemadmodum olim ciuis Romanus cuius (ut paulò post recensebo) Plutarchus meminit, exiguis nummis emant, & comparent.

5 *Hic cum ab Aristippo Philosopho pro erudendo filio suo, quid nã salarij exigeret, efflagitaret, huius edoctus, magnitudine uerò pretij deterritus:*
6 *Minoris, inquit, mancipium emerem: cui Aristippus: Ito, & fac ut dicis duas etenim deinde bestias habebis, filium tuũ, & animal quod empturus es. An non hoc parentibus huiuscemodi supra nominatis nostro sæculo benè obijci, & respõsionis loco dari posset. Quid autem faciant ipsi aliquando uidebunt, & damno proprio experientur. Præterea sunt quidam inter parẽtes illustres, qui taliter ob amorem liberorũ suorum cæci fiunt, ut si aliquando (quod puerorum proprium est) fleant tres quatuor, aut plures famuli, aut famulæ quã-*
8 *primum accurrere, & illustribus titulis liberos adhuc uberibus matris adhærẽtes alloqui, & intitulari cogant, & si id aliquando facere intermittant uitio illis maximo uertant, & sic parentes*

ipsi, superbiam uitium abominandum filijs proprys adhuc incunabilis uolitantes (ut persæpe oculis meis proh dolor uidi) inyciũt, taliter ut quãdo ad uirilem ætatem perueniunt, togã assumunt num sub terra eant, uel in aere uolitent, præ mera superbia non norint, atque sic magis, magisue superbiæ miseræ usque ad extremum uitæ actum (difficile est enim resistere consuetudini, quia altera ut inquit Aristoteles lib. 7. Ethic. Ii studeant totosq; se dedant tantum conniuet nunc temporis amor parentum.

10 Demum maiori sæpè cura parentes nonnullos u-rit quibus equum insignem, aut auem, aut canem curandum tradant, quàm cui præceptori filium proprium curandum, & instituendum cõmittant. Aut iam adultos uenationibus choreis, alysq; uoluptatibus corporis immodicè (modica enim & honesta semper bona, & approbanda exercitatio) inhærere sinunt, ut quando ad uirilem ætatẽ perueniant præ his, solum functionibus, quæ diligentißimam requirebant meditationem, & operam, aut munus suum, aut officia urgentia, & totã sæpè Rempub. concernentia in totum negligant, aut

11 minus aptè exequantur. Quapropter necessariũ est parentibus hoc potissimum sæculo nouisse, qualis erga liberos amor exhibendus, sit ne ulla in re limites amoris egrediantur.

De

De Præceptore idoneo, eiusq; officio, & munere.

SVMMARIVM.

1 Parentes quoad possibile litterati, & morigeri sint.
2 Liberorum nutrices sapientes, & virtuosæ eligẽdæ.
3 Præceptorem non solùm litteris, verum & moribus bonis instructum esse oportere.
4 Triplex officium præceptoris boni, & solliciti.
5 Ponderosum onus præceptoris.
6 Transitio ad subsequentem dispositionem.

DISPOSITIO II.

1 *MAIORES nostri vti apud Quint. lib. 1. videre licet parẽtes ipsos doctos, morigeros, & eruditos semper optauerunt, quorum exemplũ verissimum Cornelia mulier apud Romanos, atque etiam Filia Caij Lelij, & C. Hortensij, quæ omnium mulierum specimen insigne, & excellentissimum fuere, nobis representant, & ob oculos ponunt.*

Ad hæc voluerunt maiores nostri quò liberorum nu-
2 *trices sapientes, & morigeræ eligantur, de quibus quasi à cunabulis liberi doctrinam, & virtutem suggere, & attrahere queant, & possint. Postmodum verò tanquam vites nouellæ, vt cum Virg. tertiæ Eglogæ loquar proximæ eius rei causa satæ arbori, & asylo præceptori bono allidantur,*
3 *& annectentur, tali videlicet qui non solùm litteris,*

teris, verum, et bonis moribus imbutus sit, quemadmodum Plutarc. de educatione puerorũ refert. Inquirendi, inquit, Præceptores filijs sunt, quorũ uita nullis obnoxia criminibus irreprehensi mores, & optimum experimentum, neque quos Gula, Ira, aut alia his similia crimina obrepunt, nè & illi innocentes, et iuuenes heroini se ijsdem sceleribus dedant, & obrui sinant: quemadmodum Alexander Persarum Rex prauos quosdam mores, & facinora à Præceptore suo Leonida (ut Quint. refert lib. 1.) addidicerat, quem nec cum, et in potentissimum, & inuictissimũ Regem euasisset, dereliquerant. Vnde Philager insignis Philosophus interrogatus quare Præceptorẽ agere nollet, respondebat (quemadmodũ lib. 8. Epophteg. ait) nec se ipso delectari posse. Agnouerat procul dubiò naturæ suæ uitium; erat enim ad iram ualde procliuis, morosus, & melanconicus. Hinc luculenter apparet Pædagogum, uel Præceptorem patientem, & plurima sustinere posse obiurgare etiam quandoque sine contumelia laudare absq; adulatione. Non arguere itidem (inquit Seneca) crudelibus, & atrocibus uerbis ne nauseam de studijs, & doctrina salutifera capescant, atq; studia, quæ amare nondum possunt, odant.

At quantos mirificos studia fructus afferant beniginter læto, & hilari animo, ac uultu illis incul-
5 *care debet, ut ait Fab. lib. 1. Præterea cum Præceptori sæpenumero integra, ac una salus totius*

alicuius

alicuius prouinciæ, & regionis, utpotè iuuenis aliquis perillustris, cum ut rectè, & ingenuè instruat fidei suæ cōmittatur, & per hoc onus Aetna grauius sibi iniunctum humerisq; impositum sit non exiguus labor, omnisq; ei opera eò dirigenda non ut magnas diuitiarū copias acquirat. Verum ut pro uirili doctum, morigerum, & eruditū efficiat eum in cuius institutione uniuersa totius Reip. salus sæpè dependeat, & affixa hæreat. Demum cū iuuentus ex fragilitate humana, & de primo nostro parente Protoplasto Adamo ad malū procliuior sit, quàm ad bonum, Præceptori summopere animaduertendum cuius nam indolis, & procliuitatis sit puer, & si uiderit ad odium, auaritiam, superbiam, & ad uoluptates corporis procliuem esse, herbam illam malā, bona & salutifera doctrina excellere, & eradicare debet. Hactenus de officio Præceptoris diximus,
6 *nè autem onerosus Præceptor uno momento per prauam conuersationem oleum, & operam perdat, qualem conuersationē perillustres huiusmodi iuuenes habere debeant breuiter annectamus.*

De Conuersatione, quas iuuenes perillustres habere debeant.

SVMMARIVM.

1 Curandum Præceptori nè cum discolis, & inhonestis rem, & comertium habeant.
2 Labes, & incommodum conuersationis prauæ,

3 *Pa-*

3 Parentes nè prauos, & moribus ignobiles filijs suis adiungant.

4 Semper cum bonis conuersandum.

DISPOSITIO III.



IVVENALIS Poetarum antiquorum non minimus haud absurdè ad meum propositum quatrat, inquiens.

Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua:

D. Paulus itidem ad Corinth. idem insinuare volens clarius dixit: Corrumpunt bonos mores colloquia praua: quod & Plutar. Seneca, & plurimi alij satis superq; ostenderunt, Præceptori incumbendum, & laborandum esse, ne discipulos bonis, & licitis exercitationibus, atque conuersationibus pro temporis, & studij ratione priuet, nè tamen cum discolis non dicam, colloqui, multo minus conuersari sinat: sumuntur etenim (vt Sene-
2 *ca ait) à conuersationibus mores: item (morbida sola pecus totum corrumpit ouile) proinde iam non de Præceptoribus, sed Parentibus loquor studiosa, & diligenti opera prouidendum, nè parentes ipsi dum alios de stirpe quidem nobiles in filio-*
3 *rum suorum societatem, & studiorum curriculũ assumunt plus illis obsint, quàm prosint. Expertus etenim loquor & proprio periculo cautus admoneo, caueant itaq; terq; quaterq; dicam ne immorigeros, & si de stirpe nobiles omnibus autem*

vitijs

vitijs obnoxios filijs suis adiungăt. Ebriosus enim in vini amorem consodales trahit: Impudicorum etiam cœtus, vt inquit Seneca, emollit. Ad hæc auaritia virus suum in proximos transfert.


4 *Vice versa, & è contrario verò conuersentur cũ ijs, quorum vita nullis propemodum vitijs sit obruta, & non corrupti mores: Malus enim fies, inquit sapiens, si cum malis conuixeris.*

De cibo, ac potu qui nobilibus iuuenibus adhibendus sit.

SVMMARIVM.

1 Præceptori maxima incumbit cura nè discipuli nimio, & affluenti cibo, ac potu opprimantur.
2 Causa duplex quare id fieri non debeat.
3 Quinque aut quatuor fercula benè cocta adolescentibus illustribus adhibenda.
4 Terq; ad summum naturale, & leue quoddam vinũ in mensa moderatè illis bibendum.
5 Ad quas nam res pueri illustres inclinationem habeant, perscrutandum.

DISPOSITIO IIII.



VANDOQVIDEM nõ minor Præceptori cura sit, nè pueri illustres (de ijs etenim hic duntaxat loquor, meaq; se fatigat oratio, quorum & plurimum interest) nè nimio cibo, et
1 *potione opprimătur duabus potissimũ de causis.*

Primò,

2 *Primò, vt suam sanitatem pristinam, atq; corpus robustum in eodem esse reseruent: Compertũ enim est eos præsertim iuuenes, qui varia, & abundantia ciborum fercula, ac genera, album, & nigrum, dulce, & amarum, molle, & durum, calidum, & frigidum, digestibile, & indigestibile in stomacum suum immittant, & sumant. Plerumque, vt Galenus ait, et medicis mos est dicere, causæ periculosissimorum morborum, quæ ζύμαται, vocantur nasci, & prouenire solent, quod et Horat. 2. serm. sat. 2. Macrob. lib. 7. c. 4. affirmat inquiens.*

Miscueris elixa simul conchilia turdis
Dulcia se in bilem, vertit stomacoq; tumultũ
Lenta feret pituita vides, vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia — — v v — —

Quamobrem plus conducit heroinis benè iusto tamẽ
3 *modo coctus cibus, aut fercula quatuor, vel quinque, quàm cinquecẽta varijs aromatibus cõdita;*
4 *Aequali modo haustus duo, & ad summum tres boni, & naturalis leuidensis, & non fortis vini, quàm malphasia, aut alia calidissima vinorũ genera, quæ sanguinem recentem, accendunt, & tãdem etiam comburunt, vt sæpè vidi cum mœrore, & condolentia.*

Rationem secundam quare id præcaueri debeat Gel. lib. 4. cap. 19. accommodatè introducit: Compertum est inquiens, pueros, si plurimo cibo, nimioq; somno vtantur hebetiores quamprimum fieri.

Proinde cũ facili brachio animaduertamus hinc tarditatem ingeniorum elici, & natura aliàs (vt Cic. lib. 2. de Fin. & Aristoteles in Ethic. inquit) paucis contenta sit, ingenuè præcauẽdum erit, nè vt nostri nostrorum quod teutonicarum prouinciarum coqui falsò opinantur iuuenes varijs ciborum, ac potuum sortibus, & generibus quemad modum farcimen, impleantur. Verum, tantum cibi, & potionis adhibeatur, vt reficiantur vires, & non opprimantur, quod per hanc impletionem fieri omnibus per se innotescit.

De litterarum studio illustriũ puerorum.

SVMMARIVM.

1 Aulici ignari, & illiterati studium, & bonas litteras ludibrio habere solent.
2 Aulici illitterati, studia non prodesse cum dicunt, insaniunt.
3 Falsa opinio aulicorum qui putant leuis conditionis hominum esse litteras nouisse.
4 Super his accommodata Regis Alphonsi responsio.
5 Multiplex probatio litteras, & illustribus pernecessarias esse.
6 Diues indoctus ouis aureo vellere indutus.
7 Prouidendum de talibus bonis, quæ ignis non cõburere, hostis depredare, aqua non absumere pot.

DISPOSITIO V.

1 *CVM plerique ferè nobiles, & illustres personæ potissimum in aulis Principum cõmorantes salubrem litterarum doctrinã ludi-*

ludibrio,& despectui habeant,haud inutile nobis visum est, antequam dispositionem de qua re, & quamobrem nobiles pueri instituendi sint aggrediamur,pauca præmittamus.Reperiuntur persæpè insolentes aulici nè nobiles ingenui doctiores fiant se, & in litteratos euadant, perdita mente
2 *dicere solent:quid studijs agere volumus? studia enim furibunda,& melancolica capita,& inge-*
3 *nia efficiũt. Nolumus,vt in Doctores euadamus. Miseros,& leuis conditionis homines vt studeãt, vt ijs se alere queant oportet. Nihil quoque iam dictum(ait in Eun:Teren.) quod nõ dictum prius fuerit.*

His cum Alphonso Aragonum Rege præstantissi-
4 *mo paucis, eas non hominum sed boum voces esse,respondeo, se posito quod hæc Principibus, & Imperatoribus quorum vocatio (vt ait D.Paulus)oĩum maxima est, potissimũ necessaria sint.*
5 *Adhæc vt plerique fermè historici referunt, cum sti quasi illustres,& potentes Principes,ac Reges litterati fuere, vt Philippus Macedonum Rex. Iliada etenim rei militaris viaticum nominare solebat, atque Alexander filius suus, qui totum Homerum memoria tenebat. Iulius Cæsar itidem cuius opera, & ingenium acutissimũ hodierna luce adhuc extant,atque mille, & aliquot centum annos iam extarunt. Rex Sigismundus insuper ob singularem eius prudentiam, & doctrinã miris laudatur modis,qui cum à quibusdam qua-*

*re ignobilibus tantũ exhibeat honoris rogaretur.
Quare nõ,inquit,vultis,vt ijs quos & natura ab
alijs separauit addecentem honorem exhibeam,
& in altiorem, ac sublimiorem quoq; gradum col
locem. Iudicat enim Rex ille sapiens sapientiam,
& doctrinam internam excellẽtiorem esse, quàm
nobilitatem externam. Huius rei causa nonnulli
moti se in decrepita ætate studijs dediderunt, di-
centes cum Saluio Iuliano, & si alterum pedem
in sepulchro haberem, tamen addiscere vellem,
vt legimus Pandect.lib.40.tit. de fideicommiss.l.
apud Iulianum.Hanc solam ob causam,et adhuc
hoc nostro apud quasdam nationes,tempore, ma-
ximo ludibrio habetur, nihilq; ferè ducitur nobi-
lis indoctus, & illitteratus: Hinc Aristippus à
quodam potente interrogatus qualem filius suus
ex studijs hauriat fructum, inquit, vt Diogenes
Laert. lib.2. de vitis Philosoph. scribit: si nulla
alia in re certè in theatro non sedeat lapis super
lapidem,& sic hominem indoctum non hominem
sed lapidem,iudicat: Hinc & Diog.lib.6.de vità
6 Philos.diuitem indoctum,ouem aureo vellere di-
xit,quod & Socrates indocto prædiuiti dixit:Ec-
ce aureum mancipium.Quamobrem iuuenis & si
ditissimus haud se de studijs deterrere sinat, verũ
studiosa mente perpendat. Fortunæ mutabilitatẽ
homines quasi pilas iam in altũ,iam in aerem,iã
in terram affligere, atque hæc omnia vana,cadu
ca,& transitoria solam doctrinam, & virtutem*

firmam,

firmam, & stabilem esse, & in æuum permanere, beneq; commissionem Aristippi consideret, & cordi accipiat, qui cum à suis conciuibus in patriam rursus reuertentibus interrogaretur, quid illis commissionis loco mandare vellet: Dicite, in-
7 *quit, ciuitati Atheniensi, vt filijs suis de huiuscemodi bonis, & diuitijs prouideant, quas aqua nõ absumere, ignis cõburere, hostis perdere, vel depredare possit, vel valeat, intelligens bonas, & saluberrimas artes, & disciplinas.*

Quare, & in quibus nobiles, vel perillustres pueri præcipuè instituì debeant.

SVMMARIVM.

1 Iuuenis benè institutus toti Reip. cõmodum affert.
2 Iuuenis ab illustribus parentibus progenitus, & malè institutus maximo Reip. est exitio.
3 Illustribus breue illis datur tempus studendi proinde, & eo melius, & ingeniosius informandi.
4 Regere subditos pondus grauissimum.
5 Ramea methodus in erudiẽdo pueros perillustres obseruanda.
6 Reprehensio quorundam Præceptorum, qui ostentationis ergò excellentes, & ponderosos, ac maximi iudicij libros pueris, quemadmodum asini ad liram aptis legunt, & putatiuo honoris titulo profitentur.
7 Timor Dei principium sapientiæ.
8 In fide catholica primò instituendi sunt pueri.
9 Deinde litteris liberalibus imbuendi, & generalia

primo Aristotelica lege κατὰ παντὸς illis legen da, vt fundamentum bonum iaciant.

10 Quæ qualesve auctores illis legēdi sint vsq; ad vers. Quam vtilitatem, ad longum demonstratur.

11 Maxima vtilitas puerorum quando bonum Grammatices fundamentum iaciant.

12 Transitio ad vtilitatem, & fructum quem pueri ex litteris hauriunt.

DISPOSITIO VI.



LVTARCHVS in Apophtegmatibus suis refert, præceptorem Temistoclis sæpè dicere solitū esse: Nihil inquiebat, mediocre futurum es ò puer: Nā aut magnum bonum eris Reip.

1 *aut magnum malū: declarare uolens iuuenem ab illustribus progenitum, & rectè institutum toti*

2 *Reip. commodo fore, sin minus exitio grauissimo, quamobrem ut sæpius dixi plurimum bonæ institutionis intersit totiusq; persæpè communitatis salus in hac unica dependeat, summopere necessariū duco, ut huiuscemodi iuuenis perillustris summo cum studio, & industria erudiatur, & informetur.*

3 *Cum autē puero isti breue tempus studij præscriptū, & concessum sit; uerum breui administratio*

4 *regiminis, pondus grauißimum ei assumendum. Non Bal. non Bar. non Gallen. nōn Ptolomeus, ut quidam indocti præceptores, & asini iam iā consueuere*

sueuere ei legendus, uel audiendus est, sed liberali-
bus disciplinis, & artibus, quàm aptissimè edocē-
dus ab humilibus ad sublimiora, ut Ramea metho
5 dus iubet progrediendū non statim Homerus, Vir
gilius, Logica, Physica, uel sphera ostendenda, di-
co, ostendenda, mente etenim, & iudicio uidere, et
intelligere (cum adhuc Grammaticā non norint)
6 non possunt, quemadmodum aliquos noui, qui ta-
liter nobilia ingenia perdunt sibi autem per hoc
magnæ professionis titulum, & uanum honorem
acquirere putant, nō acquirunt, uerum cum rubo-
re (nomina noui, sed ob reuerentiam æqualis pro-
fessionis, & nè illos totaliter confundā, exprime-
re nolo) miserè defraudantur. Nihil utilitatis, &
decoris discipuli ex lectionibus illis præclaris hau
riunt? sic asini splendidissimis uestibus con (lapsus
ferè lingua) dedecorantur, & secundùm uulgare
prouerbium, ut mulus ad liram, sic illi ad Logicā
apti: sed egressus quasi limites ad propositum re-
uertor. Duo potissimum sunt, in quibus fideliter,
7 et sincerè erudiendus sit perillustris puer. Primū,
& principale est, ut in timore Dei, qui uerè Eccl.
1. sapientiæ initium, atq; basis firma dictitatur,
informetur; fundamentum hoc si catholicè iaciat
sceptrum iam in manibus à Deo Opt. Max. datū,
tenet, quo iustè, & benè subditos suos regat, no-
menq; sibi immortale faciat. In hoc onus præce-
ptoris incumbit, ut ei doctrinam Christianam, Ca
techismum P. Canisij de Societate Iesu, Prouerb.

Salomonis, Ecclesiastem, vel librum sapientiæ,
distributis horis legat, fideliterque & non sinistro
modo (quod proh Deum, atque hominum dolor)
nonnulli faciunt: reddent autem ipsi aliquando
rationem, exponat, atq; declaret. Deinde, & post-
9 *modum in liberalibus studijs principium, & fun-*
damentum bonum iaciat, quod facilè fiet, si fide-
lis præceptor nō Physicam, ante Grammaticam,
vel Virgilium ante Prosodiam, sed vice versa ge
neralia primò secundùm Aristotelicam legem ei
legat, & exemplis bonorū auctorum demonstret;
10 *legat illi primò principia, & fundamenta Gram*
matices, Emanuelis Aluari, vel alterius boni, &
breuis auctoris. His intellectis synthaxim, et Pro-
sodiam Martini Crutij, vel Aluari cum quibus-
dam exemplis facilioribus M.T.C. & themata,
quæ vt latinè componere incipiat, proponat. His
notis, & benè memoriæ traditis ad altiora vide-
licet ad Virgilij Eglogas primò, deinde ad Aenei
dos libros, ad librum de Senectute Cic. ad Ouid. ad
Logicam, & Rhetoricā lento gradu properet, ei-
demq; pro temporis ratione, Ethicam, Politicā,
& Historias quasdam Iustini, vel Iulij Cæsaris
Rhetorico, & Logico modo (vti Doctor Frey-
gius) explicet, floresq; latinæ linguæ decerpat, ei-
que vt in libellum referat, iniungat, & iubeat.
Historiarum etenim libri magnopere illustribus
personis scitu præ alijs necessarij, atq; vtilissimi:
quam vtilitatem Alphonsus Rex litteratissimus,
cum

cum à quibusdam suorum vndenam ex libris, vel ex insignijs suis plus illi intellectus, & prudentiæ proueniat interrogatus, quàm aptissimè expressit inquiens: ex frequenti lectione librorum potissimũ historicorum, quomodo præliari, quaque ratione bellum, certamen eminus, & cominus instituere, & disponere debeam mihi notitiam sufficientẽ
11 *acquisiui. Præterea iuuenis talis perillustris cum bona fundamenta iecerit, taliter vt suo Marte id quod legat intelligat, atq; subditos, vel integram prouinciam regẽdi maximumq; regendi sceptrũ, & altißimum honoris, atque gradus titulum obtinuerint, tali modo, vt quem alij honoris ergo arguere non audent, per seipsum ex lectione librorũ reprehensibile esse ipse colligat, vt dicit libro 5. Epopht. Ideò voluendi, & reuoluendi libri sunt, vt ea de quibus amici reges admonere nõ audẽt,*
12 *in libris reperiant. De vtilitate autem studiorum infra latius dicemus, hæc saltem de dispositione, & methodo institutionis perillustris iuuentutis dicta voluimus.*

Quare perillustres iuuenes, ac cæteri quoque plebei primæ ætatis non libenter studeant.

SVMMARIVM.

1 Quot capita tot sẽtẽtiæ sunt, ac quilibet propriam habet inclinationem.

2 *Stu-*

2 Studiorum radix amara, sed fructus periucundus.
3 Lex licurgica ob odium studiorum sancita.
4 Nemo studiosorum studia obijciet, si fructus illorũ perpendat.

DISPOSITIO VII.



1 *EVI, et exiguo iuuenes litterarum studij tenentur desiderio, quia adhuc quis fructus, & vtilitas in litteris lateat, animus eorum non norit. Verum potius (secundùm cõmune dicterium sua quemcunque trahat voluptas) equis, canibus, venatu, & huiuscemodi secundùm vulgare Horatij delectãtur: Gaudeat equis, canibusq; & aprici gramine campi: atque multò libentius hincinde diuagari solẽt, quàm quod in Musæo concluso scamno insideant, & libros voluant. Ad hæc studia quæ in initio*
2 *difficilia, & amara sunt (vt Aristoteles) liberalium disciplinarum amaræ radices, fructus autem sint dulcißimi plurimos deterrent. Præterea studia, et liberales artes tantum olim odiosæ, & ob-*
3 *iectæ erant, vt Ligurgus (quemadmodum Plutar. in Apoph. refert) parentes liberos suos vt instituere sinerent cogere, & hanc ob causam legem sancire debebat: Vt quisquis ciuium institutionem puerorum negligeret, omnibus uiribus, & priuilegijs priuaretur. Hæc, & similia multa. At ingeniosus,*

niosus, et perillustris puer se suosq; humeros iugo, ob spem maximi aduenturi fructus submittere, & cogitare debet cum Poeta dicente.

Multa tulit, fecitq; puer sudauit, & alsit.

Et cum Iureconsulto dicat, qui vult sentire commodum, debet & sentire onus. Praeterea difficilia omnia, pulchra & amabilia aliquando fieri, & dicat studia quidem multo difficilia, & amara, sed longè pulcherrima, esse; atque cum Virgilio meminisse iuuabit, ò socij grauiora passi, dabit
4 *Deus his quoque finem. Hæc & similia si benè cordi, accipiat, & sæpiùs reuoluat, neutiquã profecto affirmo iuuenibus omnibus fore, nè aliqua studiorum nausea, vel desidia capiantur.*

Quantum vtilitatis, & fructus vberrimos iuuenes illustres ex studijs hauriant.

SVMMARIVM.

1 Spes magna in iuuene perillustre si benigno studia, & disciplinas suscipiat animo.
2 Transitio de necessitate studiorum ad vtilitatem.
3 Homo litteratus non homo sed Deus videtur.
4 Illiteratus verò bellua indomita dicitur.
5 Fructus, & vtilitatis studiorum octo recensentur species.
6 Conclusio ratione variarum studiorum vtilitatum perpulchris.

DISPOSITIO VIII.



ALOMON sapiēs cap.22.
verè,& perpulchrè refert ma-
ximā stultitiam iuuenibus in-
natam esse,quod etsi proueniāt
de nobilissima stirpe studia ideo
curare nolint verum despiciāt;
cum tamen luce meridiana clarius appareat suā
propaginem illustrem sine litteris, & disciplinis
bonis nihil omnino, aut parum profecto illis pro-
1 *desse; quamobrem bonum inditium est, & opti-*
ma indoles,quod si iuuenis illustris(vt vos disci-
puli suauißimi)instructionem,& disciplinam bo-
no,& humili,ac obedienti suscipiat animo. Salo-
mon etenim inquit, qui institutionibus obedit, fit
sapiens: stultus autem nullā disciplinam pati po-
test:verum suæ illum delectāt ineptiæ. Quantum
2 *autem bonæ institutionis,intersit supra diximus.*
Nunc verò de vberrimo study fructu dicturi su-
2 *mus.Plato hominem benè,& rectè institutum in*
3 *diuinum quoddam anima euadere;Contra perpe-*
ram educatum in immanissimam quandam dege
1 *nerare belluam.Insuper etsi doctrina bona respe-*
ctu humanæ necessitatis opus iuuenes illustres nō
habeant;Illam tamen multas ob causas exoptare
debent;Illustres enim,& opulenti qui in abundan
tia diuitiarum, atque potentia splendita quasi in
aere volitant,pluribus tribulantur fortunæ casi-

bus,

bus,atq; ad omne vitiorum genus alliciuntur, taliter vt difficillimum, fermè sit indoctum licet opulentum præ tantis angustijs subsistere posse. Proinde maximè necessarium libros reuoluere, bonis litteris, & disciplinis informatum esse, vt inde quid hisce in casibus agẽdum nouisse poßint.

2 *Ad hæc vt nobiles, vel illustres adulti, vel iam ætate prouecti se suosq; errores in libris nouisse, & vltro (cum nemo quasi tunc temporis arguere audeat) corrigere possint. Nam plerique iam potentum si à quodam sui erroris, & stultitiæ arguantur, pugno vel ferro disciplinam exsoluere volũt quod Praxapsiti, & Harpargo à suis Regibus, & Principibus, vbi illos corrigere vellent, contigit, satius partibus ambabus fuisset; Illi vt tacuisset, huic, vt ex bono litterarum studio, suos emendare errores docuisset, quod & propemodum Platoni diuino Philosopho vbi coactus tyranno Dionysio consulere debebat si non Dion, & Aristomenes precibus interuenissent, euenerat.*

3 *Præterea cum scriptura sacra artes, & disciplinas liberales plebeo argentum, nobilibus aurum, illustri, & generoso gemmas, & vniones esse attestetur procul dubio secundùm dicterium græcum* τιμη πέφυκε πάσι παίδεια βροτοίς *illustris stirpis iuuenibus maximos honos, repntatio, auctoritas, splendor, & ornamentum inde proueniat, quæ omnia non solùm in propria regione, & patria, verum potius apud exteras nationes conuersando cum alijs*

po-

potentibus, & illustribus variè, & mirabili mente experietur, quod Maximilianus laudabilis memoriæ Imperator; attestatur qui pluribus sua doctrina, & eloquentia, quàm imperij potentia potiebatur, cui quoquè adde Archiducem Arnoldũ Caroli Magni Atauũ fœlicis memoriæ, qui olim cum pro consuetudine antiqua cum pluribus alijs Principibus, & Imperatoribus Hierosolymam proficisceretur illi soli, quia litteratus, maximus erat ab omnibus honos exhibitus; A summo Pontifice præsertim cui latinè confitebatur cum illo solo summus semper Pontifex colloquiũ habebat, & ab illo dignus iudicatus qui sceptrũ tenere debeat. Hoc cũ frater suus Vvilhelmus de Eckmontẽ viderat, qui nec vnicam litterulã degustasset, cordi hoc accipiẽs, & domum reuersus filios suos studio, & bonis artibus quamprimum totos deuouit, ac dedidit, eosq; in Academiam Parisiensem florentißimam hinc Friburgum Brisgoicum omnibus facultatibus insignem, & excellentem tempore hoc nostro Academiam ablegauit, & eos tã diu ibi detineri iussit, donec in magistros liberaliũ artium creati fuerãt: quod nobiles hoc nostro maligna et peruerso sæculo sibi potius dedecori quàm
4 *honori vertendum putarent. Deinde oblectamenta continua afferunt studia quibus qui paret inquit Cic. in Catone maiore, omnẽ partem ætatis*
5 *sine molestia potest degere. Ad hæc afferunt recreationes constantes, & firmas, non tales, quæ*

cum

cum abeunt pœnitentiam, & dolorem post se relinquunt non vt cætera gaudia fugitiua volant, sed firmæ, ac stabiles remanent: Adolescentiam vt Cic. pro Archia Poeta agunt, senectutem oblectant delectant domi: recreant foris, & vt Ouid.
Emollit mores, nec sinit esse feros.
Quamobrem ingenui, & illustres iuuenes hilari studere debent animo, vt quod si conueniant, non vt moris est, tempus se ingurgitando (quod corpori, & animæ obest) conterant. At suauibus potius historijs recensendis cōsumant: & quod si soli sint semetipsos perpulchras legendo historias recreabunt. Qua de re Anthistenes rogatus quid emolumenti ex Philosophia cœpisset, perpulchrè respondit: Vt mecū, inquiebat, loqui siue viuere possim. Videtis enim indoctis molestissimam solitudinem esse: dóctus autem, etsi solus sit, non sentit tædium solitudinis. Proinde nullibi perlustrando historias reperimus illustres personas multum parasitis, mimis, & morionibus se delectasse: Verum seipsos inter se iocis, & Apophth. herois dignis (vt liber Plutarchi, & Macrobij prodit) recreasse, & sic tempus colloquendo familiariter, ac facetè abbreuiarunt.
6 *Præterea institutio bonarum litterarum summā (quæ maxima in nobilibus iuuenibus virtus est) affabilitatem, & familiaritatem iucundam, & suauem procreat: Nam vt Horatius dicit:*
Nemo adeo ferox est q non mittescere possit

Si modo culturæ patientem præbeat aurem,
& vt Ouid. 1. de Ponto.

Artibus ingenuis ----- v v --
Pectora mollescunt asperitasq; fugit.

Gellius itidem lib. 13. c. 15. Bonas artes inquit, qui sinceriter cupiunt ij sunt, vel maximè humanißimi. Vnde Romani, & nos hac adhuc hora eruditionem, & institutionem in bonas litteras, & artes Humanitatem quia eos qui huic parent humanos efficit, nominarunt.
7 *Insuper litteræ, & bonæ disciplinæ in tribulationibus sunt sodales: Quapropter Cicero vir eloquentia, & doctrina omnium præstantissimus olim in maximis Reip. calamitatibus, & perturbatione se suosq; taliter consolatus fuit scribens lib. 6. Epist. Fam. Doctrina, & literæ quæ secundis rebus delectationem habere videbantur, nunc salutem habent, quod & S. Dionysius attestatur scribens, studia infortunium multò leuius efficere possunt. Vnde Dionysius in Sicilia potentissimo qui cùm litteratissimus, tùm astutißimus & nequissimus erat (quod ferè in plerisque litteratis verendum) cum inquã vbique locorum contra fas, et nefas ecclesias depredaret, tãdem patria expulsus, & pauperrimus factus, quidq; illi Philosophia prodesset, rogatus, vt tantam inquit fortunæ mutationem facilè feram, & me ipsum consolari poßim. Ad hæc bonarum litterarum disciplina, & institutio certam effert sapientiam, & iudicium optimum, facere*

quod

quod iustum, fugere quod malum, et iniustum, atque taliter etsi nullus Deus, nulla Lex, nullus Infernus foret, nullum tamen virum litteratum facilè peccaturum, vt cum Gellio lib. 12. ca. 11. loquar: quod et Aristoteles sua responsione cum rogaretur quid illi Philosophia conferat satis luculenter demonstrauit, inquiens: Vt ea faciam iniussus quæ cæteri legum metu quodq; etiam Aristippus percunctanti Dionysio respõdens declarauit: Hoc eximium ex Philosophia habemus præ cæteris inquiebat, vt si omnes leges abolitæ essent, tamen æqualiter viueremus.

8 *Deinde litteræ summopere illustribus necessariæ sunt, cũ in vulgis spargatur quicquid in ore Principis, vel illustris alicuius personæ fuerit exceptũ: Proinde summam debẽt habere illustres personæ curam, vt ea quæ loquuntur virtutem, & doctrinam sapiant quæ cura in bona institutione litteraria dico dependet.*

6 *Ob has, & alias quamplurimas, & quasi innumeras rationes se totum iuuenis illustris, vt litterarum studio hoc præsentia tempore peruersissimo abdicat, consecret, atq; deuoueat, & cum Platone summo Philosopho in veritate affirmabit, tum denique beatas Resp. fore, si aut docti, aut sapientes eam regere cœperint, aut qui regãt, omne animi studium in doctrina, & sapientia collocarunt. Firmiterq; pro rato, ac fixo teneat cum Cic. Oratore præclarissimo litteras maxima, & saluberrima*

rima bona, & posterioritatis gratia instinctu Dei Opt. Max. repertas, vt obliuioni subsidio tolleren tur ipse à nobis ablatus foret.

Quantum intersit inter illustrem litteratum, & indoctum leuis conditionis hominem.

SVMMARIVM.

1 Transitio dispositionum.
2 Probatio sumpta à disparibus.
3 Præclarum non est habere aurum.
4 Sed ijs qui aurum habent imperare.
5 Quemadmodum equus indomitus frenam rumpit, sic indoctus homo, & si illustris quæq; contra fas, & nefas exequitur ob ferociam.

DISPOSITIO X.

1 
VID, & quantum doctus, ab indocto differat facilè licet ex iam supra dictis satis superque pateat, nihilominus tamen lucu lentius hoc iam ostendã. Quan-
2 *tum homo à bruto animali mẽte, et ratione differt, tanto homo illustris propaginis doctus, et litteratus à plebeio indocto dissentire videtur non ratione fluxæ, atque caducæ diuitiarum copiæ, quas, et pleriq; exiguæ conditionis homines affluentes habent. Verum respectu donorum Dei sapientiæ scilicet, et doctrinæ quibus eos qui*

qui auro potiuntur, benè, & rectè regere possumus. vt Cic. in lib. de senectute inquit: Non habe-
3 *re aurum mihi præclarum videtur, sed his, qui habent imperare per quæ dona doctus, & benè institutus iuuenis vltrò quæ iusta, et æqua sunt exequitur, iniusta autem negligit sponte nulla vrgen-*
4 *te lege: Indocti verò contra fas, & nefas quæque tanquam indomiti equi exequuntur, & frenam rumpunt, quod, & Aristippus percunctatus declarare voluit, inquiens, Docti ab indoctis differũt, quo equi domiti ab indomitis: Indocti enim ob inscitiã, & ferociã quibusuis rapiuntur affectibus.*

De amore liberorum erga suos parentes.

SVMMARIVM.

1 Pro virili si te erga illos exhibere taliter nescias, exhibeas.
2 Qualem te erga tuos parentes exhibueris, tales in te filios senties.
3 Iuuenes bonæ indolis vt spem de se conceptam superent, curabunt.
4 Maledictus, qui maledicit matri.

DISPOSITIO XI.

QVIS quantusq; amor filijs in parentes exhibendus ex superioribus si à parentibus potissimũ bonis litteris, & disciplinis imbui curẽtur, & tanquam margarita preciosissima custodiri iubeãtur, facilè per se liquet, & ap-

paret. Nunquam enim fili mi pro tantis in te be-
1 neficijs illis satisfeceris. At breuiter (cum omnia
non possis) pro posse tamen, aut non perperam, & contrarium te geras, tibi aperiam. Certam enim, & firmam Isocrates Demonico tradit regulam,
2 & consequentiam stabilem: Vt qualiter te erga tuos parentes exhibeas taliter certum fore, vt & liberi tui, se erga te exhibeant. Quapropter iuuenes perillustres semper suos parētes præ oculis habeant, colant, & honesta, ac morigera sua vita, & doctrina recreent, & consolentur, spemq; de se
3 conceptam, virtute, & industria sua exuperent, proculdubio à suis deinde liberis oblectamentum capient, & secundùm Ecclesiasticum vita viuent longiori, qui autem secus fecerit, & maledicet
4 patri, & nō honorabit matrem suam maledicetur à Domino, et dicet omnis populus Amē. Referunt historiæ exemplum huic rei non absimile de sexto Nerone Imperatore, qui suam naturalem, & legitimam matrem, quòd illum suæ petulantiæ, & prauæ vitæ argueret, pessimis tractaret, et tandē omnino iugularet, postea omnia membra inspecta quædam laudaret, quædā verò irrideret: vltimo verò à Dæmonio grauiter obsessus, & mortem demum sibi ipsi intulit. Proinde haud verisimile est, sed scripturæ sacræ contrarium benè mori eos, qui non condecenti (vt diuino, atq; humano tenentur iure) modo se erga suos genitores exhibent.

De amore illustrium puerorum erga suos Præceptores.

SVMMARIVM.

1 Duplices habemus parentes animæ, & corporis naturales, & spirituales.
2 Præceptores discipulis æquè colendi, ac ipsi naturales parentes.
3 Varia exemplorum probatio.
4 Insignis astutia cuiusdam præceptoris.

DISPOSITIO XII.



1 *OMO ex animo constans, & corpore duplices parentes illos corporis, hos verò rationis, & animi, quos Præceptores nominamus cũ habeat: Qualiter igitur filij teneãtur honorare parentes naturales, taliter sacræ litteræ fideles præceptores fideles dico colere iubẽt, atque discipulis præcipiunt. Cuius admonitionis meminit etiam Quint. lib. 2. ca. 10. Discipulos, in-*
2 *quit, moneo, vt præceptores non minus quàm studia ament, credantq; parentes non corporis, sed animorum. Dijs, inquit, & Aristoteles 10. Ethic. lib. Parentibus, & præceptoribus nunquam redditur æquiualẽs. Hinc Ethnici multò maioris præ-*
3 *ceptores duxerunt, nec facilè quicquam illis recusarunt. Quod in Alexandro Magno luculenter apparet: Prosequebatur enim præceptorem suũ Aristotelem veneratione semper summa: dicens se illi non minus, quàm patri debere, quia à patre viuendi à præceptore verò benè viuendi vitam ac-*

cepisset, quodq; ille ipse gratus Alexander Anaximeni aliquando præceptori sibi existenti præbuit, qui cum Lampsacum ciuitatem maxima armata manu diruere vellet: Hoc cum Anaximenes animaduertisset, se illi ciuitati vt parceret rogaturus, obuiam contulit: Alexander autem videns illum, & animaduertens fore, vt preces suas (quibus honoris, & reuerentiæ debitæ ergò nihil denegare posset) iræ suæ opponere vellet, aduenienti dixit se non facturum hac vice hoc quod peteret: Tū Anaximenes: Peto inquit, vt Lampsacum diruas, & sic prudenti petitione, vel astutia oppidum vetusta nobilitate inclitum cōseruauit, & exitio destinatum subtraxit. Quod & innumeri alij minimè neglexerunt, vt Rex Dionysius, qui multos aluit sophistas, vt per illos admirabilis videretur. Item C. Pompeius Rhodum veniens omnes liberalium artium professores summa attentione audiuit, atque cuilibet (vt Plutarc. scribit) talentum dono dari iussit. Prӕterea de summa veneratione in doctos viros Cæsaris Augusti recensendi onere supersedebo, quantum doctos viros coluerit, quantosq; semper secum colloquentes habuerit: Nimis longum foret recensere omnia (innumera enim sunt exempla, quæ in plerisque historijs in aperto iacent) sufficiat solummodo iuuenē nouisse quo amore, qualique reuerentia, homines Ethnici præceptores suos prosequebātur, & quid ipse teneatur gratæ executioni mandare.

4

ENAR-

ENARRATIONES

In quibus qualiter in omnibus iuuenis ab illustribus progenitus si iã Regimen subeat, se exhibere debeat demonstratur per eundem Auctorem.

Magistrum Christophorum Schueningerum ll. Cand.

Quid Heroi iuueni quando iugum Regiminis iamiam subit considerandum.

SVMMARIVM.

1 Praua consuetudo antiquorum Regimen acceptantium.
2 Catholicus Princeps non quantũ honoris, sed quantum oneris suscipiat cogitabit.
3 Illustri personæ turpe est ob cuiuslibet Pagi, vel ciuitatis titulum cristas erigere.
4 Illustris persona si panegyricos audiat curandum, vt ijs opere, & facto respondeat.
5 Potentes perperam munus suum exequentes potenter tormenta patientur.

NARRATIO I.



THNICI quidem Reges, ac Principes cæteriq́ue potentes, quando Regimen subire, vel prouinciam aliquam suscipere volebant: quantum honoris, et reputationis obtinere, quātum vectigalis, & census annuatim habere, quanta gens hominum inseruire, quantus terrestris, & naualis exercitus semper præparatus existat, atque alia innumera calculare, & computare ethnico, & peruerso more solebant.

2 At Catholicus Heros iuuenis cum Principatum, vel comitatum suscipit, nè quantum accipiat honoris, cogitet, sed quātum oneris, ac solicitudinis, nec censuum, vel vectigalium modum expendat: verū quanta opus habeat prudentia, suos vt subditos benè regat, perpendat, & cogitet: cumq́ue multitudinem seruorum, vel subditorum conspiceat, caueat, ne cogitet, tam multos habeo seruos, vel subditos, sed potius tot homines vni mihi, suaq; tuenda crediderunt. Item quod sublimis in statu sim: at sublimiorem se dominum in cœlis habere sibi ipsi opponat. Ad hæc maximus mihi populus commissus est, proinde mihi laborandum, nè mea inscitia, & imprudentia populus meus perdatur, & damnum per me patiatur: Væ enim Ecclesiastes dicit cuius terræ Rex, vel Princeps

puer

puer est, & quando à plerisque illustrissimus, & clementissimus intituletur caueat nè illustrissimã suam propaginem vitio turpitudinis contaminet, & tyrannidem agat, vel in subditos exerceat.

3 *Præterea cum audiat Regionum, Vrbium, Ciuitatum, & Pagorum titulos nè statim hãc ob causam cristas erigat veluti tantarum rerum dominus, sed sic sibi ipsi dicendo cogitet quàm multis*
4 *bonum Principem debeo? Insuper si audiat solemnes panegyricos, & encomia, curet, & diligentem nauet operam, vt ijs laudibus facto, & opere aliquando respondeat. Hæc, & similia Princeps, vel comes iuuenis si benè perpendat, et cordi accipiat, talem se præbebit, tantumq; laborabit, vt iniunctam subditorum curam, & administrationem, vel Regimen gerat, quò aliquando per illud æternam gloriã mereatur, quia huiusmodi Principes, vel comites munus à Deo illis iniunctum benè exequentes propitiũ, & clementem Deum ha-*
5 *bent: Contra autem facientes, etsi potentes, vt sapiens ait potenter tormenta patientur: Non enim subtrahet personam cuiusq; Deus, qui est omniũ dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusque quoniam pusillum, & magnum fecit ipse, & æqualiter, est ei cura de omnibus fortioribus autem fortior instat cruciatio.*

Quo-

Quomodo iuuenis Comes, vel Princeps ſe Regimini accommodare debeat.

SVMMARIVM.

1 Tacitæ obiectionis reſponſio, quare mihi, quomodo aula Principis inſtituenda, demonſtrare præſumã.
2 Tria potiſſimum Principi nouitio animaduertenda.
3 Adulatio, Calumnia, & Oculus Domini.

NARRATIO II.



1 *AVD (noui optimè) à quibuſdam aulicis irreprehenſus ſeceſſero, quod ego qua ratione, quoque modo gubernanda, & inſtituenda Principis aula ſit edocere, & demonſtrare mihi præſumam, atque eas quas nouerim artes vt exerceam, obijcient. Nouerint autem illi me nõ ſolùm expertum (quem aula quaſi ſemper à cunabulis aluit) id facere: Verum me, & illius ex lectione multarum hiſtoriarum, quæ nobis tanquàm exemplar aliquod, non vnius ſed infinitarum aularum ob oculos ponunt edoctum eſſe, queinadmodũ ante aliquot centum annos ad hoc noſtrum ſæculũ, Heroes, Principes, Reges, & Imperatores benè, vel perperam Regimen adminiſtrarint quomodo ſubditos rexerint, qũo hic probus, & iuſtus, ille impius, & tyrannus extiterit. Item quales in aulis*

ſuis

suis aluerint: quomodo officia aulica distribuerint, qualem pompam, & solemnitatem, exercuerint. An non historiarum libri (etsi non ipse nouissem oculisve vidissem) id mihi non satis luculenter, atq; melius quàm sat esset, declararent, & ob oculos ponerent? Proinde Comiti, vel Principi
3 *nouitio Regimen, vel aulam instituenti tria potissimum consideranda, & animaduertenda occurrunt, atque curiosè duo inter hæc euellenda, & eradicanda sunt quorum primum Adulatio, alterum Calumnia, tertiũ verò, & vltimũ Regimini Oculus Domini plurimum proderit. Prima duo execranda, et perniciosissima in aulis vitia sunt. Vt in Panegyrico ad Philip. demonstratur: scio, inquit, duas esse pestes aularum, è quibus perniciosissima Calumnia, sed multo capitalior Adulatio: Oculus verò Domini toti non solùm aulæ, verum Reip. integræ vberrimos afferret fructus. Dicam autem primò de Adulatione.*

De Adulatione prima peste aulæ alicuius Comitis, vel Principis, & quomodo sincerus amicus ab incerto, & adulatore secernatur.

SVMMARIVM.

1 Adulatorum in aulis infinitus est numerus.
2 Officium adulatoris prauissimum.
3 Adulatori proprium est calidum, & frigidum e eodem ore efflare.

4 In-

4 Indicium Adulatoris.
5 Adulator speculo comparatur.

NARRATIO III.



VANTVM sæpè Principibus cæterisq; illustris conditionis hominib. Adulatio noceat, et sæpenumero toti Reip. obsit: haud in obscuris latet. Quemadmodum autē Hyppocrisia, vel Adulatio sub specie sinceritatis incedat non omnibus patet.

1 *Plerumque adulatores (quorum infinitus in aulis*
2 *est numerus) quicquid Dominus dicat laudant, si*
3 *negat negant, si ait affirmant: in summa calidū, & frigidum simul de ore efflant, & quicquid Dominus agit, iustum, aut iniquum bonum, aut malum, conducibile, aut nocibile idem simulatores, & hyppocritæ facere conantur, si Dominum venatui deditum norint ipsi loca vbi cerui, vrsi, lepores, & quæuis quadrupedum genera pastū habent expiscantur, atq; pleno ore quamprimum ei*
4 *denuntiant: imò quicquid placet Domino, placet, & illis. Vultum fingunt, frontem dilatant, oculus vigilat, mens eorū dormit, os ridet, pectus lachrymatur. Proinde cauete iuuenes Principes à talibus: Qui enim (Prouer. 6. lib.) vultū fingunt, machinantur malum, qui labra cōponunt, mala perpetrabunt; & vt vnico complectar verbo Teren.*

in

in Eun. sequitur: Quicquid dicunt, inquit, laudo, vel rursus, si negant nego, & in omnibus imitari
5 *me simulo. Proinde qui tibi adulantur discerne ab ijs qui te cum beneuolentia colunt: Adulator insuper speculi ritu externorum affectuũ, vt Plut. inquit, vitarum, & motuum imagines in se recipit, & vt Iuuen. sat. 3. ait, quid quod adulãdi gens prudentissima laudat:*

Sermonem indocti faciem deformis amici,
Et longum validi collum ceruicibus æquat
Herculis – – – v v – – – v v – –

Præterea vt saltem inanes diuitiarum copias assequantur in quibusuis Domino assentiuntur. Quamobrem non immeritò Nicesias ad Alexãdrum loquens adulatores muscis comparauit, inquiens, Magis ab illis qui plus habent tui gustato sanguine morderis. Maximòpere igitur Principibus, Comitibus nouiter Regimen administrantibus in tales animaduertendum, atque herba hæc pestifera Adulatio videlicet è aula funditus eradicanda, atque euellenda.

De Calumnia altera herba aulæ perniciosissima.

SVMMARIVM.

1 Calumnia cultello acuto assimilatur.
2 Calumniæ definitio.
3 Officium calumniatoris.
4 Illustris facilè credens leuitatis sectatur appellatur,

item prauiloquentiæ amator dicitur.

5 Si ad Principem, vel comitem deferatur subditus aliquis, quid illi agendum.

6 Qua pœna calumniatores afficiendi.


7 Maximum vitium pauperi calumniari.

8 Qua pœna afficiantur pauperibus calumniantes.

9 Principi plurima considerandum antequam de lite pronunciet.

10 Olim pœna calumniantium exilium erat.

NARRATIO IIII.

1 
VAM pestifera, & malitiosa herba Calūnia sit Plutarch. in Apopht. indicat inquiens: Thearidas cultellum acuens cū interrogaretur an acutus esset, acutus inquit, sed acutior calumnia. Quid autem calumnia sit plerique aulicorum, quorum fides persæpè rara, nouerunt.

2 *Calumnia autem malitiosa infamia, uel mendax infamatio, atq; tanta crudelis, vt uentrem quemadmodum Prou. 18. penetret, & uerba delatoris perinde sint ac uerbera, penetrantque penetralia cordis, ut inquit Psalmista Prouerb. 26. Proinde*

3 *nè citò quæ narrata sunt credas: Multi etenim ut Seneca ait, emêntiuntur ut deferant quibus inuident, multi ut decipiant, quia decepti sunt, multi deferunt, ut sic gratiam captēt, multi fingunt iniuriam, ut diluant factum proprium, nè credas in-*

4 *quam nè leuitatis, & crudelitatis sectator nomineris,*

neris, qui enim calumniatores statim audiunt, deprehenduntur parui loquentes amatores, & inuidi, auditionisq; iniustæ inuidiam facientes habe-
5 *buntur. Et quandocunq; seruorum te aliquis accedat, dicatq; hic tibi inuidet tibi rebellis est, conqueritur de te, tuaq; tyrannide, nè credas statim, uerum multis, quemadmodum Iurecōsulti inquisitionibus utaris: Qui enim credit citò, dicit Ecclesiastes 19. leuis corde est: itē qui responderit Prouerb. 18. antequam audierit leuis, & stultus est. Nouitius itaque, & prudens, ac litteratus Princeps, uel Comes non de lite pronunciet nisi rem ultro, citraq; cognoscat, et si calumniantes reperiat*
6 *pro suo arbitrio, pœna corporali, pecuniaria, uel infamia puniat secundùm Senatusconsultum Turpil. et secundùm Klingium de pœna temerè litigātium lib. 4. tit. 16. nu. 1. & quasi omnes Doct. Item secundùm Socratem pari pœna afficiūtur ij qui calumniātur mendacio, et qui facinus admit-*
7 *tunt. Potissimum autē qui pauperi calumniātur: Conuitium etenim si adhæseris illis facies eius cōditori, ut Salomō inquit, Prouer. 14. Est & quasi semper aliquod accidens, uel adiunctum, ut qui iniuria afficiant pauperes secundùm Prouer. ut inde ditescant ipsi certò daturi sunt ditioribus, & e-*
8 *gebunt ipsi: spongijs enim huiuscemodi pauperum deuoratores, quàm aptè accommodantur, quod ue luti spongiæ madefactæ, & humentes expriman-*
9 *tur. Cum delator insuper ut in Prouer. lib. 16. Sæ-*

pè

pè in Principes desidium concitet: Proinde prudens, uel cuiusuis status, uel conditionis, atque altioris gradus Dominus caueat, nè statim narratis
10 *aures præbeat, perpendendo quod et Ethnici huiuscemodi hominum genera maximo nō solùm habebant odio uerum, & in exilium ablegabant, & Martialis carmen ponderet:*

Turba grauis paci placitæq; inimica quieti
Quæ semper miseras sollicitauit opes
Traducta est Graias nec cœpit arena nocētes,
Et delator habet, quod dabat exilium.

De Oculo Domini, vel præsentia propria.

SVMMARIVM.

1 Princeps iustus ipsi soli comparatur.
2 Alia comparatio Principis.
3 Maximum onus in publicis functionibus versari.
4 Adhortatio in patronos huius opusculi.

NARRATIO V.



VLGARE, atque commune habemus in latina lingua dicterium: Frons occipitio prior, insinuando per hoc plus prodesse (ut Pli. lib. 18. c. 5. ait) Oculum Domini, quàm præsentiam infinitorum aliorum. Proinde, ut Aristot. 1. œconom. scribit cum Perses interrogatus fuerat, quæ res potissimum saginaret æquum: Oculus Domini respondit:

spondit; ut persæpè multo illustrem, & generosissimum vestrum piæ, ac fœlicissimæ memoriæ parentem Gasparum Comitem de Lodrono, dixisse meministis benè, cùm sæpenumero amicos suos, quid omnium optimè agro cõducat, interrogaret,
1 *oculus Domini respondit, atque vestigia propria. Quamobrem nostri maiores non abs re dicere consueuerunt, quod solem in cœlo id Principem in populo esse. Item solem oculum mundi, Principem oculum multitudinis.*
2 *Præterea soliti sunt dicere quod animus in homine, id Princeps in ciuitate. Insuper nõ satis inquit Liuius insignis historicus fœliciter procedunt, quæ*
3 *oculis aguntur alienis. Itaque regentes nouitijs caueant id putent parum esse, quod solum Principibus est pulcherrimũ in publicis functionibus ver-*
4 *sari. Quamobrem discipuli suauissimi, quando Deo fauente iugum subditorum susceperitis vestrum amantissimum laudabilis memoriæ Parẽtem, qui semper publicis functionibus iurisdictionis suæ interesse voluerat, atq; aures æquales (remoto omni respectu hac in re) tã diuiti, quàm pauperi dederat: Vnde hac adhuc hora, atque temporis momento vulgus grato animo dicere solet;*

Sẽper honos, nomẽq; tuũ, laudesq; manebũt. 1


Et hactenus de duobus volatilibus in plerisque aulis vitijs, et quantum oculus Domini conferat diximus. Ad ea post hac quæ iuueni Comiti, Principi, vel Regi annotanda progrediamur faciles.

Quemadmodũ iuuenis Comes, Princeps, vel cuiuscunq; gradus subditos habens odium suorum declinare, & aufugere, viceuersa fauorem, & verum subditotorum suorum amorẽ, adipisci posit.

SVMMARIVM.

1 Inuidia ex tribus potissimum promanat.
2 Superbia prima origo inuidiæ.
3 Regni definitio.
4 Rex nihil aliud quàmplurimorum pater.
5 Nouationem Regni, si odiũ capescere nolit caueat, nè introducat.
6 Regni diuitijs nè abutatur Rex si à suis amari velit.

NARRATIO VI.



LERVMQVE, vt Salustius in Catilinario, ait ex opulentia inuidia nascitur, quod & Horatius clarius demonstrat:

Inuidus alterius rebus marcessit opimis.

Quæ quidem inuidia licet ægritudo sit, quæ prouenit ex rebus secundis alterius: nihilominus tamen ex tribus potissimum (quæ plerumque illustribus
1 *adhærere solent) vitijs suam trahit originem. Primum hinc euenire solet, vt subditi suum Magistratuum odio capiãt, si superbiat, sceptrum rumpat, atque extra iustitiæ limites egrediatur: proinde inquit Ecclesiastes; Quanto maior es tu, tanto te*

magis

magis humilia, & coram Deo habebis gratiam; item cũ Cic. Off. 1. Quanto superiores sumus, tanto nos inferiores geramus: vel si Ethnici credere nobis, sancto Iacobo fidem adhibeas, & audacter consilium ineas, inquiẽs, superbis Deus resistit, hu
3 *milibus autem dat gratiã. Quamobrem cum Comitatus, Principatus, vel Regnum nil aliud sit, vt pleriq; Philosophi dicunt, quàm magna fami-*
4 *lia, atque Rex nullus alius, quàm plurimorum pater non alio animo bonus Princeps in suos ciues esse debet quàm bonus pater in filios, neque se ob multitudinem populi, vel subditorum suorũ efferre, vel superbire: sed quot quantosq; sub sua tutela habeat cogitare. Praeterea facilè suorum ciuiũ, ac subditorum assequetur fauorem, quando quoad fieri potest omnem renouationem Regni vitauerit: non autem malis, atq; prauis consuetudinibus vt conniueat dictum volo, longitudo etenim temporis, & multitudo errantium (vt dicit S. Ambrosius) non patrocinatur errori, nec in consequentiã trahi debet etsi subditi dicant; Hoc cõcessum fuit nobis ab antecessore faciat ac si aures nõ habeat, vel bonis rationibus id prauum fuisse benigniter demonstret. Demum, & vltimo inuidiam suorum facilè effugiet, si potentia sua, vel imperio, et imperij diuitijs non abutatur talem subditi haud odio habebunt: ij enim minimè, petuntur inuidia, qui fortuna moderatè, ac sobriè vtuntur, atq; populo imperant, ut pater filijs.*

Quomodo illustris persona, Comes, vel Princeps si varijs vti superbiæ, potentiæ honoris, vel alijs prauis capiatur affectibus illis resistere prudēter debeat.

SVMMARIVM.

1 Sublimia cogitanda, & nihil humile, huius dicterij expositio.

2 Maximum remedium prauorum affectuum meminisse fragilitatem humanam.

NARRATIO VII.



1 *RITVM licet & uulgare sit, omnia sublimia, & nihil humile cogitandum; quando autem ad sublimem honoris gradum peruenias; non ut intumescas animo suadet; Verum qui sis secundùm uulgare adagiū γνῶτι σεαυτόν qui fueris, & qui futurus eris, & nequaquam præ superbia glorieris. Nulla etenim ut D. Ambrosius inquit, distinctio inter corpora diuitum distenta superbia, & cadauera mortuorum, nisi forte quod grauius fœtent. Ad hæc elatus animus cū D. Petro cogitabit, omnis caro gramen, & omnis gloria hominis quasi flos graminis. Ad hæc perpendat quicquid humile, quicquid sordidum, quicquid prauum id totum in se referat. Insuper uerba D. Augustini benè cordi accipiat, ubi inquit, respice*

te

te ipsum quia mortalis terrã es, & in terrã ibis, circunspice qui similibus fuere splendoribus ubi sunt equorum splendidi nutritores? ubi uestes, & nutrimenta peregrina? ubi seruorum turba? ubi iocus? ubi satrapæ, & tyranni? nonne omnia pul uis, & fauilla? Discerne si potes uictum à Rege, fortem à debili, pulchrum à deformi.

2 *Memorare proinde (dicit D. Augustinus) naturæ nè extollaris, & si fragilitatis humanæ memor fueris, profectò uitam æqualdnce pensabis.*

De mansuetudine, patientia, & longanimitate Comitum aliorumque illustrium Regimen adeuntium.

SVMMARIVM.

1 Mansuetus Comes Deo similis.
2 Obiectio Aulicorum.
3 Ad obiectionem responsio.
4 Perpulchrã Adriani Imperatoris responsio.
5 Summa mansuetudo, & clementia in Archiduce Ferdinando.
6 Regis Federici laudabile dicterium.
7 Regium est facere bene, & audire male.
8 Summa prudentia, & mansuetudo in Maximiliano laudabilis memoriæ Imperatore.
9 Virtus omnium maxima illustrium patientes, & mãsuetos esse.

NARRATIO VIII.



VANTVM facundiæ Prin ceps Cicero clementiam, et lon ganimitatem illustrium extollat ex unica oratione solaque
1 pro M. Marcello habuit satis superq; patet: Animum uincere (inquit) iracūdiam cohibere, uictoriam temperare, hæc qui facit, non ego summis uiris comparo, sed similium Deo iudico. Quamuis, & in oratione pro ligario nō minus clarè proferat: Homines; inquit, accedunt ad Deos nulla re magis quàm sa-
2 lutem hominibus dando, obijciunt autem aulici quidam. Indecens est, uitioq; illustri personæ uertitur, si cum quibusuis commertium habeat. Verò
3 proferunt nè se malis, & improbis misceat, intelligendo quemadmodum Plutar. in Apoph. scribit cum diceretur Regem erga omnes mitem, et placidum esse oportere; Respondebat Cleomenes: sed hactenus nè sit contemptui per hoc significans man-
4 suetudinem Domini erga improbos inutilem esse. Hinc Adrianus Imperator amicis suis illū quod nimis comis esset culpantibus, respondit, talem se Imperatorem esse priuatis, qualis sibi esse Imperatores priuatus semper optasset. Indicare per hoc uolens, se priuatum semper in Imperatoribus, & suis præcessoribus mansuetudinem, & comitatem exoptasse. Proinde cum iam ad imperij gradum

per-

peruenerit talem, se qualem prius optauerat, Imperatorem agere. Longum nimis esset omnia antiquorum, & nostrorum temporum exempla recen
5 *sere. Quemadmodū Illustrissimus, et Serenissimus Archidux Ferdinandus meus clemētissimus Princeps, ac Dominus cum aliquādo gaudens uenationibus in campo, ac prato nudo pransus esset et aliquis suorum cubiculariorum puluinarium sericium, cui ut incumbat, attulisset: Perchare inquit (audiui ipse) puluillum deponas, idem enim cinis, & puluis sum, ac tu, & in eundem me reuerti oportebit. Nonne hoc specimen mansuetudinis, & humilitatis insigne, atque Principe dignum? Haberem innumera, sed singula enarrare supersedeo lecturus perillustris iuuenis pro recreatione, & temporis commoditate ipse. Ad hæc laborādum, atque cautè prouidendum nè Princeps puniendo subditos, nimis præcipitosus existat. Qui enim (in-*
6 *quiebat) Rex Federicus laudabilis memoriæ. Nescit dissimulare, nescit imperare: At ciuium iniurias patienter aliquantisper ferat, oportet. Quemadmodum enim iniurias parentum ulcisci pietas uetat, sic patriæ irasci nefas est. Hinc Antigonus*
7 *Rex conuitijs aliquis illum impetijsset: Regium est inquiebat, cui facis bene, audire male. Sed quid antiquorum historias reuoluo cum mihi haud longè abeunti sufficientia nostri temporis exēpla præ*
8 *oculis iaceant. Maximilianus etenim laudabilis, & piæ memoriæ Imperator cum quidam miles*

monstrando aliquot uulnera, quæ ut suam Cæsaream Maiestatem à malignis, & zoilis defenderet dicendo, acceperat: Inquiebat patiens, & mansuetus Maximilianus Imperator; Ito amice chare, & cum mihi maledictum fuerit maledicas, & tu, & cum me laudare sentiueris, laudabis, & tu me, apertè demonstrare uolens Regem, vel Imperatorem iniurias patientissime ferre oportere: Hinc dicterium apud plerosq; ferè nationes, contra eos qui contumelias miserè patiuntur, ortum est, dicendo: Oportet tamen ut Imperator quoque in bonam, & malam partem de se loqui sinat.

9 *Quamobrem omnium maximæ uirtutes in Regibus Imperatoribus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, & alijs omnibus illustribus sunt esse mansuetos, & patientes.*


De pœna illustrium in improbos, & malignos, rusticos, & subditos.

SVMMARIVM.

1 Comparatio à loco contrariorum logico.
2 Plus Principi obest quam prosit si erga malignos clementia vtatur.
3 Pœna pro arbitrio, & quantitate facti in improbos adhibenda.
4 Comparatio ab agricolis peritis sumpta.
5 Alia comparatio sumpta à pastoribus.
6 Vera mansuetudo quæ sit.

NAR-

NARRATIO VIIII.



VANTVM (vt supra dixi) eximia, & præcellens virtus mansuetudo, & longanimitas in persona potissimum illustri est: tanto exitio nonnunquam magno esse solet, si ea non cum temporis, & subditorũ ratione vtamur: Reperiuntur etenim persæpè tam rebelles, inobedientes, pertinaces, & quatrati rustici ergà quos si nouitius Princeps, vel Comes mãsuetudine suà innatà vti velit; plus illi damno quàm vtilitati, & honori foret: Proinde talis iuuenis Princeps, aut Comes pro mansueto, & benigno se seuerum exhibeat: Reip. etenim necessitas exigit, & taliter illos pro arbitrio sapientis Principis, & qualitate
4 *tate facti tractet quemadmodum agricolæ periti arborum ramunculos superfluos videntes facere consueuerunt: Abscindunt etenim ramos sibi nocentes ordinando vt crescant, promouent vtiles, & fructiferos, hic si mansuetus Princeps, vel Comes improbos, & rebelles subditos segreget (quẽ-*
5 *admodum pastor in suo ouili facit) à probis, arguat, puniat, in carcerẽ mittat, in exiliũ ableget, capite plecti iubeat, vltimo quouis pro criminis ꝑpetrati ratione supplicio afficiat, nã vt Poeta:*
Morbida sola pecus totum corrumpit ouile.
Hinc enim veram mansuetudinis palmam deportabit,

tabit, & medium quod teneat, dictitabitur: nec ideo seuerus, aut tyrannus diuulgabitur: Principes enim non sunt terrori benè agentibus, sed malè, & si subditi potestatem timere nolint, faciant (vt D. Apostolus ad Rom. 13. iubet) quod bonum est, & non pœnam, sed laudem ferent ab illo.

De ira, & pœna Principis, vel Comitis in subditos, & de iustitia conseruatrice Imperij.

SVMMARIVM.

1 Transitio narrationis.
2 Laudabilis nostrorum maiorum consuetudo.
3 Nocumenta iræ, & vindictæ.
4 Illustres personæ furiosis plerumq; rapiuntur affectibus.
5 Pœna nè maior delicto imponatur.

NARRATIO X.

1 CVM *in priori de pœna Domini in subditos dixerimus haud absurdũ iudico, si pauca etiam de moderata ira, ac pœna Dominorum qualis*
2 *in subditos esse debet, subiungamus, olim apud Romanos (vt Historiæ referunt) sceptrum Regis taliter cõfectum esse oportuit, vt in summo fuerit Ciconea pietatis symbolum in imo animal atrocissimum Hip-*

Hippopatamus: Per hoc Principi maiores incul-care volentes, vt si in eo ira sæuiat, vel vindictæ cupiditas exuperet eos motus pietas in patriã vin cat: Vtinam mos hic laudabilis, & ad huc apud plerosque quasi Principes vigeat, neutiquam tan tum(quod fœminis proprium) vindicta gauderẽt,
3 *& per hoc sæpenumero sibi, et patriæ exitio sũt, filum vitæ sibi ipsis abscindũt, & abducunt de-crepitam ante tempus senectutem, vt Ecclesiastes inquit: Zelus, & iracundia dies minuit senectãm ante tempus obrepere sinit. At cum potentes ple-*
4 *rumq; Heroes non semper hilares, & faceti esse possunt cum tanto rerum pondere onerati, & per hoc sæpenumero illos irasci, atque furiosis (quod personam talem taliq; in honoris gradu volantẽ minimè decet) affectibus moueri, tales dico leni-tatem (vt D. Gregorius consulit) cum seueritate misceant, atq; caueant nè subditi nimia benigni-tate soluantur, neque nimia asperitate exulceren*
5 *tur. Præterea nè pœna maior delictò sciat, vel à suis officiarijs adhibeatur, & nè vt Horat. verè indicat:*

Quicquid delirãt Reges plectuntur Achiui.

Verum prouideant vt sui subditi æquali pœna pu niantur, & non facilè potentes potentibus subri-deant, vel conniueant, sin secus feceritis ipsi cum tempore supplicium subibitis.

De Dominorum audientia pauperum subditorum.

SVMMARIVM.

1 Misera paupertas iacet.
2 Aequalis auris tam pauperi, quàm diuiti præbenda.
3 Princeps qui aurem pauperum clamori claudit ei omne præcipitium sedis expectandum.
4 Iudicium æqualance sine respectu personarum habendum, sententiaq; ferenda.
5 Sententia à quadam à nominatione, q̄ Macedonum Rex pauperes exaudire noluerit, lata & iusta.
6 Oculus, & præsentia Domini perspicatior alieno.
7 Peruersa, atque auri cupida turba officiariorum persæpe.
8 Maxima, atq; fortunata pollicitatio iustitiã amantis.
9 Habet, & exilium certissimum imperij Iniustitia.
10 Iniustitia æternam mortem minatur.

NARRATIO XI.

VANDOQVIDEM proh dolor persæpè contingat, vt miseri
1 *subditi præ potentibus, & opulentis coram Magistratu audientiam habere nequeant, et sic nonnunquã iusto cum negocio causa cadere debeant. Proinde iustus, ac probus Princeps, vel Comes æquè aurẽ*
2 *pauperi dare debet, ac potenti, considerando per hoc (vt Prouerb. Salom. pollicetur) longæuum, et tranquillum imperium se obtinere posse: sedes etenim Regis qui verè iudicat pauperem perpetuò*
3 *fortunata erit. Qui autem obstruxerit aurẽ pauperum*

*perum clamori clamabunt ipsi vicissim nè exau
diatur. Patrocinare igitur & pauperi si velis Iu
dicem iustum agere, mutis in iudicio patrocinare,
omnibus orphanis iudica, & abiectum, & poten-
5 tem (vt sapiens docet) vindica inopem, & proie-
ctum subleua, & nè ab illa vetula quemadmodũ
Macedonũ Rex quod imperare non debeas si pau
peres exaudire nolis exaudi, & æquales aures
præbe: Illa etenim cum sibi nõ otium esse diceret,
exclamauit, si nolis exaudire pauperes noli etiam
6 imperare. Ad hæc non semper si officiarijs rem
committas benè executum affirmes, sed oculũ Do
7 mini meliorem, et perspicatiorem esse recorderis:
officiarij enim tui, inquit Esaias infideles socij fu-
rum sunt, omnes diligunt, munera sequuntur retri
butiones pupillo non iudicant, & causa viduæ nõ
ingreditur ad illos. Atq; auri misera fames per-
sæpè aliter quàm fas est iudicare sinit. Viceuersa
verò omnia æquali metiaris lance. Nam si iusti-
8 tiam amaueris, omnia tibi prospera euenirẽt, sin
secus feceris, corruet imperium tuum. Vnde An-
9 tistenes Atheniensis vbi interrogaretur quæ nã
disturbant, & corruere faciant imperiũ verè re-
spondit; Iniustitiam asserens; Iniustitia enim vt
10 sapiens ait mortis acquisitio. E contra verò Iu-
stitia omnium domina, & regina virtutũ (vt Cic.
ait) tronum fortunat, & dies dilatat: Hinc Anti-
stenes ijs qui immortalitatem appeterent vnicam
viam ostendit ad eam nempè, iustè, pièq; viuere:*

dili-

diligite ergo iustitiam vos(inquit sapiens) qui iudicatis terram quæ perpetua, & immortalis est.

De Venationibus Principum, & Comitũ.

SVMMARIVM.

1 Transitio narrat.
2 Causa finalis venationis duplex.
3 Belluarũ adeptio,& animi ac corporis exercitatio.
4 Casus quidam Regis Antiochi.
5 Exclamatio auctoris.

NARRATIO XII.



1 *VM propemodũ omnia quẽadmodum se regens nouitius Regimini accõmodare debeat attigerimus. Nunc & nobis visum fuit pauca et de eorum exercitijs illustrib.dignis breuiter vt annectamus præsertim nostro hoc tempore Principes, ac Comites relaxationibus sæpenumero quasi superfluis cum gaudeant. Inter quas non minima venatio est, quæ duabus potissimum*
2 *ob causis(vt Cic.de Nat.Deor.inquit)instituitur.*
3 *Primum,vt immanes, et feras belluas nanciscamur bis deinde vescamur:ad hæc vt exerceamur in venando ad similitudinem bellicæ disciplinæ, quia venatio in perferendis malis, & laboribus fortes facit, & persæpè graues animi meditationes ex corde excutit,animumque exhilerat, quod*

multum

multum approbandum nè animus debilis in totum valido negotiorum pondere opprimatur. De hoc autem dictum uelim quo caueant nostri nouitij clauem Reip. uel Imperij tenentes nè et aliquando cum rubore, ac uerecundia ueritatem à leuis cõditionis hominibus, uel agricolis expiscãtur.
4 *Quod Regi Antiocho qui nimium sepositis alijs iustioribus Reip. negotijs se totum uenationibus dederat. Aliquando enim (ut in totum receñseam) cum uenatum equitaret, & sic uestigijs cuiusdam bestiæ auidè inhærendo aulicos, & ministros suos perdens, et à uia in totum aberrans, atque taliter ut in pauperis cuiusdam agricolæ tuguriolo pernoctare cogebatur. Hic Rex incognitus cum unà cum cæteris de uarijs colloquentibus ad focum sederet, & inter cætera de se ipso ab alijs mẽtio fieret, quod quidem probus, sed plerasque functiones mandaret amicis improbis; ille autem ad eorum facta conniuens, quod se immodico uenandi studio dedat, & per hoc frequẽter necessaria, & Reip. incumbentia negotia negligat, audisset, nè uerbum quidem respondens. Verum ubi diluculò satelites, atque cæteri officiarij illum tota nocte inquerentes approperauerãt: Agite, inquiens, ex quo uos indui, heri primum uera, & cũ rubore audiui, et sic à nimijs uenationibus quamprimum recessit, atque se suamq; operam quasi*
5 *totam Reip. meditationibus consecrauit. Quod utinam Deus præpotens faxit, ut nostri hoc temporis*

Quomodo illustris persona, Comes, vel Princeps si varijs vti superbiæ, potentiæ honoris, vel alijs prauis capiatur affectibus illis resistere prudẽter debeat.

SVMMARIVM.

1 Sublimia cogitanda, & nihil humile, huius dicterij expositio.

2 Maximum remedium prauorum affectuum meminisse fragilitatem humanam.

NARRATIO VII.



1 *RITVM licet & uulgare sit, omnia sublimia, & nihil humile cogitandum; quando autem ad sublimem honoris gradum peruenias; non ut intumescas animo suadet; Verum qui sis secundùm uulgare adagiũ γνωτι σε αὐτον qui fueris, & qui futurus eris, & nequaquam præ superbia glorieris. Nulla etenim ut D. Ambrosius inquit, distinctio inter corpora diuitum distenta superbia, & cadauera mortuorum, nisi forte quod grauius fœtent. Ad hæc elatus animus cũ D. Petro cogitabit, omnis caro gramen, & omnis gloria hominis quasi flos graminis. Ad hæc perpendat quicquid humile, quicquid sordidum, quicquid prauum id totum in se referat. Insuper uerba D. Augustini benè cordi accipiat, ubi inquit, respice*

te

te ipsum quia mortalis terrã es, & in terrã ibis, circunspice qui similibus fuere splendoribus ubi sunt equorum splendidi nutritores? ubi uestes, & nutrimenta peregrina? ubi seruorum turba? ubi iocus? ubi satrapæ, & tyranni? nonne omnia puluis, & fauilla? Discerne si potes uictum à Rege, fortem à debili, pulchrum à deformi.

2 *Memorare proinde (dicit D. Augustinus) naturæ nè extollaris, & si fragilitatis humanæ memor fueris, profectò uitam æqualdnce pensabis.*

De mansuetudine, patientia, & longanimitate Comitum aliorumque illustrium Regimen adeuntium.

SVMMARIVM.

1 Mansuetus Comes Deo similis.
2 Obiectio Aulicorum.
3 Ad obiectionem responsio.
4 Perpulchra Adriani Imperatoris responsio.
5 Summa mansuetudo, & clementia in Archiduce Ferdinando.
6 Regis Federici laudabile dicterium.
7 Regium est facere bene, & audire male.
8 Summa prudentia, & mansuetudo in Maximiliano laudabilis memoriæ Imperatore.
9 Virtus omnium maxima illustrium patientes, & mansuetos esse.

NARRATIO VIII.



VANTVM facundiæ Princeps Cicero clementiam, et longanimitatem illustrium extollat ex unica oratione solaque
1 pro M. Marcello habuit satis superq; patet: Animum uincere (inquit) iracūdiam cohibere, uictoriam temperare, hæc qui facit, non ego summis uiris comparo, sed similium Deo iudico. Quamuis, & in oratore pro ligario nō minus clarè proferat: Homines, inquit, accedunt ad Deos nulla re magis quàm salutem
2 hominibus dando, obijciunt autem aulici quidam. Indecens est, uitioq; illustri personæ uertitur, si cum quibusuis commertium habeat. Verò
3 proferunt nè se malis, & improbis misceat, intelligendo quemadmodum Plutar. in Apoph. scribit cum diceretur Regem erga omnes mitem, et placidum esse oportere; Respondebat Cleomenes: sed hactenus nè sit contemptui per hoc significans man
4 suetudinem Domini erga improbos inutilem esse. Hinc Adrianus Imperator amicis suis illū quod nimis comis esset culpantibus, respondit, talem se Imperatorem esse priuatis, qualis sibi esse Imperatores priuatus semper optasset. Indicare per hoc uolens, se priuatum semper in Imperatoribus, & suis præcessoribus mansuetudinem, & comitatem exoptasse. Proinde cum iam ad imperij gradum

per-

peruenerit talem, se qualem prius optauerat, Impe-
ratorem agere. Longum nimis esset omnia anti-
quorum, & nostrorum temporum exempla recen-
5 *sere. Quemadmodũ Illustrissimus, et Serenissimus*
Archidux Ferdinandus meus clemẽtissimus Prin-
ceps, ac Dominus cum aliquãdo gaudens uenatio-
nibus in campo, ac prato nudo pransus esset et a-
liquis suorum cubiculariorum puluinarium seri-
tium, cui ut incumbat, attulisset: Perchare inquit
(audiui ipse) puluillum deponas, idem enim cinis,
& puluis sum, ac tu, & in eundem me reuerti o-
portebit. Nonne hoc specimen mansuetudinis, &
humilitatis insigne, atque Principe dignum? Ha-
berem innumera, sed singula enarrare supersedeo
lecturus perillustris iuuenis pro recreatione, &
temporis commoditate ipse. Ad hæc laborãdum,
atque cautè prouidendum nè Princeps puniendo
subditos, nimis præcipitosus existat. Qui enim (in-
6 *quiebat) Rex Federicus laudabilis memoriæ. Ine-*
scit dissimulare, nescit imperare: At ciuium iniu-
rias patienter aliquantisper ferat, oportet. Quem-
admodum enim iniurias parentum ulcisci pietas
uetat, sic patriæ irasci nefas est. Hinc Antigonus
7 *Rex conuitijs aliquis illum impetijsset: Regium est*
inquiebat, cui facis bene, audire male. Sed quid
antiquorum historias reuoluo cum mihi haud lon-
gè abeunti sufficientia nostri temporis exẽpla præ
8 *oculis iaceant. Maximilianus etenim laudabilis,*
& piæ memoriæ Imperator cum quidam miles

monstrando aliquot uulnera, quæ ut suam Cæsaream Maiestatem à malignis, & zoilis defenderet dicendo, acceperat: Inquiebat patiens, & mansuetus Maximilianus Imperator; Ito amice chare, & cum mihi maledictum fuerit maledicas, & tu, & cum me laudare sentiueris, laudabis, & tu me, apertè demonstrare uolens Regem, vel Imperatorem iniurias patientissime ferre oportere: Hinc dicterium apud plerosq; ferè nationes, contra eos qui contumelias misere patiuntur, ortum est, dicendo: Oportet tamen ut Imperator quoque in bonam, & malam partem de se loqui sinat.

9 *Quamobrem omnium maximæ uirtutes in Regibus Imperatoribus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, & alijs omnibus illustribus sunt esse mansuetos, & patientes.*

De pœna illustrium in improbos, & malignos, rusticos, & subditos.

SVMMARIVM.

1 Comparatio à loco contrariorum logico.
2 Plus Principi obest quam prosit si erga malignos clementia vtatur.
3 Pœna pro arbitrio, & quantitate facti in improbos adhibenda.
4 Comparatio ab agricolis peritis sumpta.
5 Alia comparatio sumpta à pastoribus.
6 Vera mansuetudo quæ sit.

NAR-

NARRATIO VIIII.



VANTVM (vt supra dixi) eximia, & præcellens virtus mansuetudo, & longanimitas in persona potissimum illustri est: tanto exitio nonnunquam magno esse solet, si ea non cum temporis, & subditorũ ratione vtamur: Reperiuntur etenim persæpè tam rebelles, inobedientes, pertinaces, & quatrati rustici ergà quos si nouitius Princeps, vel Comes mãsuetudine suà innatà vti velit, plus illi damnò quàm vtilitati, & honori foret. Proinde talis iuuenis Princeps, aut Comes pro mansuetò, & benigno se seuerum exhibeat: Reip. etenim necessitas exigit, & taliter illos pro arbitrio sapientis Principis, & qualitate

4 *tate facti tractet quemadmodum agricolæ periti arborum ramunculos superfluos videntes facere consueuerunt: Abscindunt etenim ramos sibi nocentes ordinando vt crescant, promouent vtiles, & fructiferos, hic si mansuetus Princeps, vel Comes improbos, & rebelles subditos segreget (quẽ-*

5 *admodum pastor in suo ouili facit) à probis, arguat, puniat, in carcerẽ mittat, in exiliũ ablegẽt, capite plecti iubeat, vltimo quouis pro criminis ꝑpetrati ratione supplicio afficiat, nã vt Poeta:*

Morbida sola pecus totum corrumpit ouile:

Hinc enim veram mansuetudinis palmam deportabit,

tabit, & medium quod teneat, dictitabitur: nec ideo seuerus, aut tyrannus diuulgabitur: Principes enim non sunt terrori benè agentibus, sed malè, & si subditi potestatem timere nolint, faciant (vt D. Apostolus ad Rom. 13. iubet) quod bonum est, & non pœnam, sed laudem ferent ab illo.

De ira, & pœna Principis, vel Comitis in subditos, & de iustitia conseruatrice Imperij.

SVMMARIVM.

1 Transitio narrationis.
2 Laudabilis nostrorum maiorum consuetudo.
3 Nocumenta iræ, & vindictæ.
4 Illustres personæ furiosis plerumq; rapiuntur affectibus.
5 Pœna nè maior delicto imponatur.

NARRATIO X.

1 *CVM in priori de pœna Domini in subditos dixerimus haud absurdũ iudico, si pauca etiam de moderata ira, ac pœna Dominorum qualis*
2 *in subditos esse debet, subiungamus, olim apud Romanos (vt Historiæ referunt) sceptrum Regis taliter cõfectum esse oportuit, vt in summo fuerit Ciconea pietatis symbolum in imo animal atrocissimum Hip-*

Hippopatamus. Per hoc Principi maiores incul-care volentes, vt si in eo ira sæuiat, vel vindictæ cupiditas exuperet eos motus pietas in patriã vincat: Vtinam mos hic laudabilis, & ad huc apud plerosque quasi Principes vigeat, neutiquam tantum (quod fœminis proprium) vindicta gauderēt,
3 *& per hoc sæpenumero sibi, et patriæ exitio sũt, filum vitæ sibi ipsis abscindunt, & abducunt decrepitam ante tempus senectutem, vt Ecclesiastes inquit: Zelus, & iracundia dies minuit senectam ante tempus obrepere sinit. At cum potentes ple-*
4 *rumq; Heroes non semper hilares, & faceti esse possunt cum tanto rerum pondere onerati, & per hoc sæpenumero illos irasci, atque furiosis (quod personam talem taliq; in honoris gradu volantē minime decet) affectibus moueri, tales dico lenitatem (vt D. Gregorius consulit) cum seueritate misceant, atq; caueant nè subditi nimia benignitate soluantur, neque nimia asperitate exulcerentur.*
5 *tur. Præterea nè pœna maior delictò sciat, vel à suis officiarijs adhibeatur, & nè vt Horat. verè indicat:*

Quicquid delirāt Reges plectuntur Achiui.

Verum prouideant vt sui subditi æquali pœna puniantur, & non facilè potentes potentibus subrideant, vel conniueant, sin secus feceritis ipsi cum tempore supplicium subibitis.

De

De Dominorum audientia pauperum ſubditorum.

SVMMARIVM.

1 Miſera paupertas iacet.
2 Aequalis auris tam pauperi, quàm diuiti præbenda.
3 Princeps qui aurem pauperum clamori claudit ei omine præcipitium ſedis expectandum.
4 Iudicium æqualance ſine reſpectu perſonarum habendum, ſententiaq; ferenda.
5 Sententia à quadam à nominatione, q; Macedonum Rex pauperes exaudire noluerit, lata & iuſta.
6 Oculus, & præſentia Domini perſpicatior alieno.
7 Peruerſa, atque auri cupida turba officiatiorum perſæpè.
8 Maxima, atq; fortunata pollicitatio iuſtitiã amantis.
9 Habet, & exilium certiſſimum imperij Iniuſtitia.
10 Iniuſtitia æternam mortem minatur.

NARRATIO XI.

QVANDOQVIDEM proh dolor perſæpè contingat, vt miſeri
1 ſubditi præ potentibus, & opulentis coram Magiſtratu audientiam habere nequeant, et ſic nonnunquã iuſto cum negocio cauſa cadere debeant. Proinde iuſtus, ac probus Princeps, vel Comes æquè aurẽ
2 pauperi dare debet, ac potenti, conſiderando per hoc (vt Prouerb. Salom. pollicetur) longæuum, et tranquillum imperium ſe obtinere poſſe: ſedes etenim Regis qui verè iudicat pauperem perpetuò
3 fortunata erit: Qui autem obſtruxerit aurẽ pauperum

perum clamori clamabunt ipsi vicissim nè exau
diatur. Patrocinare igitur & pauperi si velis Iu
dicem iustum agere, mutis in iudicio patrocinare,
omnibus orphanis iudica, & abiectum, & poten-
5 *tem (vt sapiens docet) vindica inopem, & proie-*
ctum subleua, & nè ab illa vetula quemadmodū
Macedonū Rex quod imperare non debeas si pau
peres exaudire nolis exaudi, & æquales aures
præbe: Illa etenim cum sibi nō otium esse diceret,
exclamauit, si nolis exaudire pauperes noli etiam
6 *imperare. Ad hæc non semper si officiarijs rem*
committas benè executum affirmes, sed oculū Do
7 *mini meliorem, et perspicatiorem esse recorderis:*
officiarij enim tui, inquit Esaias infideles socij fu-
rum sunt, omnes diligunt, munera sequuntur retri
butiones pupillo non iudicant, & causa viduæ nō
ingreditur ad illos. Atq; auri misera fames per-
sæpè aliter quàm fas est iudicare sinit. Viceuersa
verò omnia æquali metiaris lance. Nam si iusti-
8 *tiam amaueris, omnia tibi prospera euenirēt, sin*
secus feceris, corruet imperium tuum. Vnde An-
9 *tistenes Atheniensis vbi interrogaretur quæ nā*
disturbant, & corruere faciant imperiū verè re-
spondit; Iniustitiam asserens: Iniustitia enim vt
10 *sapiens ait mortis acquisitio. E contra verò Iu-*
stitia omnium domina, & regina virtutū (vt Cic.
ait) tronum fortunat, & dies dilatat: Hinc Anti-
stenes ijs qui immortalitatem appeterent vnicam
viam ostendit ad eam nempè, iustè, pièq; viuere:

dili-

diligite ergo iustitiam vos (inquit sapiens) qui iudicatis terram quæ perpetua, & immortalis est.

De Venationibus Principum, & Comitũ.

SVMMARIVM.

1 Transitio narrat.
2 Causa finalis venationis duplex.
3 Belluarũ adeptio, & animi ac corporis exercitatio.
4 Casus quidam Regis Antiochi.
5 Exclamatio auctoris.

NARRATIO XII.

1 *CVM propemodũ omnia quẽadmodum se regens nouitius Regimini accõmodare debeat attigerimus. Nunc & nobis visum fuit pauca et de eorum exercitijs illustrib. dignis breuiter vt annectamus præsertim nostro hoc tempore Principes, ac Comites relaxationibus sæpenumero quasi superfluis cum gaudeant. Inter quas non minima venatio est, quæ duabus potissimum*
2 *ob causis (vt Cic. de Nat. Deor. inquit) instituitur.*
3 *Primum, vt immanes, et feras belluas nanciscamur his deinde vescamur: ad hæc vt exerceamur in venando ad similitudinem bellicæ disciplinæ, quia venatio in perferendis malis, & laboribus fortes facit, & persæpè graues animi meditationes ex corde excutit, animumque exhilerat, quod*

multum

multum approbandum nè animus debilis in totum valido negotiorum pondere opprimatur. De hoc autem dictum uelim quo caueant nostri nouitij clauem Reip. uel Imperij tenentes nè et aliquandò cum rubore, ac uerecundia ueritatem à leuis cõditionis hominibus, uel agricolis expiscãtur.
4 *tur. Quod Regi Antiocho qui nimium sepositis alijs iustioribus Reip. negotijs se totum uenationibus dederat. Aliquando enim (ut in totum recenseam) cum uenatum equitaret, & sic uestigijs cuiusdam bestiæ auidè inhærendo aulicos, & ministros suos perdens, et à uia in totum aberrans, atque taliter ut in pauperis cuiusdam agricolæ tuguriolo pernoctare cogebatur. Hic Rex incognitus cum unà cum cæteris de uarijs colloquentibus ad focum sederet, & inter cætera de se ipso ab alijs mẽtio fieret, quod quidem probus, sed plerasque functiones mandaret amicis improbis; ille autem ad eorum facta conniuens, quod se immodico uenandi studio dedat, & per hoc frequẽter necessaria, & Reip. incumbentia negotia negligat, audisset, nè uerbum quidem respondens. Verum ubi diluculò satelites, atque cæteri officiarij illum tota nocte inquerentes approperauerãt: Agite, inquiens, ex quo uos indui, heri primum uera, & cũ rubore audiui, et sic à nimijs uenationibus quamprimum recessit, atque se suamq; operam quasi*
5 *totam Reip. meditationibus consecrauit. Quod utinam Deus præpotens faxit, ut nostri hoc tempo-*
ris

ris Principes taliter ueritatem experirentur certò fore, promitterem, ut aliam & tranquilliorem Remp. haberemus.

De altera Principum relaxatione lusu, videlicet.

SUMMARIUM.

1 Obiectio quorundam illustrium.
2 Ad oppositionem responsio.
3 Lusus non lucrifaciendi causa instituendus.
4 Platonis cuidam suo discipulo responsio.
5 Immoderati lusores mulctandi.
6 Encomium illustrissimi Principis, atque Austriæ Archiducis Ferdinandi.

NARRATIO XIII.



ODIERNA quoque luce curiosus, & occupatus Princeps, uel Comes cum quodam Aegyptiorum Rege, qui cum Reipub. negotia aptè executus esset, & postmodum se lusui tradidisset, argutus ideo à suis respondere, atque
1 *obijcere posset. Qui arcus habent eos non intendere solent, nisi cum opus, quos si intendant rumpendos esse, ac nè tum quidem ferè usui; quando usus exigit, uel cum Ouidio opponere posset:*
Quod caret alterna requie durabile non est.
2 *Verum quemadmodum in omnibus medium obseruato*

seruato memento: Non enim cum Cic. nego quod ludo, & ioco vti non liceat, & sicut somno, & quietibus tum eũ grauibus serijsq; Reip. negocijs satisfeceris, vtenda dico, & cum ad relaxationẽ, & moderationem animi adhibeas, moderatè, &
3 *modestè vtaris: adhæc nõ lucrifaciendi gratia nè inde inimicitia proueniat. Præterea nè lusibus grauioribus assuescas: Id quod Plato demonstrauit; cum adolescens quare illum ob rem tam par-*
4 *uam tantum obiurget, respondit: paruus quidem lusus, at paruum non est aßuescere, & cum Poeta dicat postmodum:*

Naturam expellas furca tam vsque redibit.


Proinde Princeps, vel Comes iuuenis nè se indecentibus, & immoderatis lusibus tradat: Verum potius eos qui pro temporis ratione non iocosè lu-
5 *dunt mulctet, quemadmodum Illustrissimus, et Serenissimus Archidux Ferdinandus meus clemẽtissimus Princeps, ac Dominus in sua aula, atq; toto comitatu Tyrolensi laudabiliter, & non sine fructu facere cõsueuit, omnibusq; cuiusq; sui territorij iudicibus, officialibus, & Capitaneis, vt exequantur strenuè iniunxit Præpotens largiatur, vt eius exemplum laudabile omnes cæteri Principes, & Magistratus imitentur, & opere exequi curent.*

De Constantia Illustriss. potissimum Principum, & Comitum.

SVMMARIVM.

1 Mala consuetudo nobilium multa polliceri, pauca præstare.
2 Fides Principum firmissima esse debet.
3 Hostibus etiam fides seruanda.
4 Inhonesta, vel Reip. nocentia præstare nullo iure tenemur.
5 Pauca verba sensum validum comprehēdere debēt.
6 Peruersus mos hominum sesquipedalibus delectari verbis.
7 Haud indecens est reuisionem litis, & sententiæ latæ petere.
8 Non facilè quid simpliciter promittendum.
9 Securissimum pollicitationis symbolum est singula prius parcis metiri verbis.

NARRATIO XIIII.



1 *BVSVS perniciosissimus apud cuiusuis ferè, potissimum tamen illustris conditionis homines ortus est, vt perperam arbitrentur nobile, & illustre esse plurima polliceri in maioribus verò promissis non stare. Nouiter autem illustris quæcunq;, vel cuiuslibet gradus, persona, regens, considerare debet eam Prin-*
2 *cipum fidem esse oportere, vt simplex eorum dictum sanctius sit quàm quorumuis leuis conditionis hominum, iuramentum, atque cauere summo-*

pere

3 *pere debet, fidem nè frangat. Proinde etsi cũ hostibus transactionem fecerit, vel fœdus aliquod inierit, caueat nè frangat. Nam et hostibus fides*
4 *seruanda sin verò aliquid quod contra honestatẽ, vel vtilitatem publicam promissum (quod haud facilè litterato, & prudenti contingere posse arbitror) fuerit, neq; diuino, vel humano iure præstare tenetur; Nè autem id aliquando contingat, singula prius benè perpendat, & cum Gellio dicat: Optimum esse homini linguam thesaurũ quæ parcis mensurat singula verbis, laborabit etiam vt mens integra, atque totalis sensus pauca in se habeat verba. Hinc eximium æncomeon nostrorum*
5 *maiorum extat, qui in suis licet iustissimis, & ponderosissimis negocijs simplices tamẽ nudi verbis, atque veri loqui semper extiterunt, & se non tantis ambagibus tot tantorumq; sigillorum robore delectarunt, et vocabulis his (ITA, NON) iuramenti loco, & valore vsi fuerunt, sibiq; inuicẽ fidem adhibuerunt, considerando, quod prius id, quod promittendũ erat, ad vnguem ponderarint, & non tam faciles, ac leues in promittendo (quod potissimum apud nobiles, & illustres hoc tempore in abusum venit) fecerunt: sin autem iuuenis Princeps fucatis, & astutis verbis ad promittendum quid siue honestum, vel iustum sit, siue non, minimè illum ligatum cum Iureconsultis de regulis iuris, & cum Plauto, atq; Cic. censeo. Inquiens prima Amicitiæ lex sanciatur, vt ab amicis ho-*

nesta petamus, & amicorũ causa honesta faciamus: item iniusta à iustis impetrari non decet. Præterea si fortaßis contingat, vt perperam, & fucato modo causa ad Dominum delata sit, taliter vt si iustus iudex nominari velit, aliter quã factum fuerit, sententiam ferre debeat. Ideo num
7 *hanc ob causam incõstãs si sententiam reuocet, atq; reuideat, dictitabitur? Minimè verò persæpè etenim contingit, vt officiarij, Iudices, Capitanei, & omnes Magistratum gerentes rem, & causam aliter quam se habeat Principi recen-*
8 *seant. Cauebit igitur bonus Princeps, vel Comes nè facilè simpliciter, ac nudè aliquid promittat, vel agat: Verum potius Agesilaum Regem prudentem imitetur, qui cum de re incerta aliquid promittere debebat. Dico, inquit, si iustũ est, promittere nolo si secus: Rem autem iniustam cum erat expertus nec dictis stare voluerat, et à suis eius rei causa obiurgatus, id quod promiserat, ut præstaret, inquit, Dixi quidem sed non promisi: At illis obijcientibus. Atqui oportet præstare quicquid Reges, uel capite annuerint, non magis inquit, quam eos qui ad Reges accedunt petere decet iusta, ac dicere securißimum autem est nec limites constantiæ egredieris, si rem de qua agitur prius, mente, & corpore perpẽdas, metiaris, & ad calcem ponderes, ad omnia quoad fieri potest, accidentia, requisita, et circunstantias, uel si*
9 *id ipse facere nolis, per senatum, qualem habere*

debes

debes fidelem, ſincerum, & iuſtum menſurare rem, & cauſam iubeas, atque iudicio eius te ſubijcias. Deinde haud à conſtātiæ uia aberrabis.

Quid Principi, vel Comiti ponderoſum aliquod cum negotium incumbat, vtpotè bellum, frumenti caritas, vel aliqua alia vrgens neceſsitas, agendum.

SVMMARIVM.

1 Optima, & firmiſſima anchora Deus Opt. Max.
2 In vrgentibus negotijs preces, vel ſupplicationes ſolemnes inſtituendæ.
3 Sacrificiorum inſtitutio Ethnica.
4 Primò Deus conſulendus, deinde humana conſilia capeſcenda.

NARRATIO XV.



OSTRI Maiores olim ante tempora, quando urgentia illis incumbebant negocia aſylum,
1 *uel anchora, et columna prima ad quã confugiebant fuit Deus Opt. Max. eum indeſinenter ieiunando, corpus caſtigando, atque piæ miſericordiæ opera exercendo inuocarunt, quò bellum, uel famem auertere, uel aliter illos conſeruare, & ſaluare uelit; ille enim uerus, & ſolus conſeruator, & rector. Proinde haud abſurdè, uerum potius*

tius benè, atque catholi Principem facturum autumo, si in casibus talibus non statim humana consilia ineat, sed potius omnium primò in o-
2 mni suo territorio, ac regione preces communes, uel supplicationes solemnes instituat, & quod si Præpotens Deus, & iustus iudex in populum irã conceperit eam lenire, si non in totum auertere uelit, Hoc enim et Ethnici (ut Christianos taceã) facere consueuerunt, qui tamen Deum uerum nõ norint, si nouissent, plus proculdubio fecissent:
3 Nam illi nil memorabile initiari uolebant, quod si non prius suis Idolis uota, sacrificia, & supplicationes solemnes instituissent, atq; celebrassent, ut in Iustino, Liuio, Alexandrino, & alijs quamplurimis antiquorum monumentorum historicis uidere licet. Hoc autem ut magis probabile fiat (licet hoc loci probatione mea non indigeat oratio) unicum tamen recensebo. Liuius lib. 6. de bello punico.

Cum Annibal capitalis Romanorum hostis Romã, eam ut funditus euerteret cum maximo numero exercitus perrexisset, fortiterq; obsedisset, taliter ut maxima, & urgens, ac quasi extrema in Vrbe necessitas appareret, tempore hoc maximus hominum cuiusque gradus ad Idola sua concursus fuit pro subsidio, ut illa inuocarent. At nõ solùm necessitate urgente id facere consueuerant, uerũ etiam tempore pacis in honorem suorum Idolorũ triumphos, ludos, atque spectacula publica instituerunt.

tuerunt. Hanc autem ob causam nobis Ethnicos ante oculos pono, vt Christianus, & Catholicus Princeps, & Comes qui vnum verum Deum colit, agnoscit, & si illum vrgens negocium, præmat
4 *primò vnà cum suis ad verum in pertu bationibus, & necessitatibus consolatorem, & adiutorẽ celeri gradu currat, colat, & inuocet; deinde verò humana capescat consilia. Proinde quomodo Princeps, vel Comes iuuenis in bello, vel alijs necessitatibus se gerere debeat, paucis finem postmodum imponentes, enarrabimus.*

Quomodo Princeps, vel Comes tempore belli sua consilia instituere, & an plus subdito suo populo, quàm extero fidere debeat.

S V M M A R I V M.

1 Duces exercitus boni eligendi.
2 Commodati, & idonei duces exercitus qui sint.
3 Quattuor requisita Ducis, vel Capitanei boni.
4 Scientia rei militaris, Virtus, Auctoritas, & Fœlicitas.
5 Requisitorum probatio.
6 Multi plus exteris fidunt, quàm subditis.
7 Refutatio iamiam dicti.
8 Præclarum est pro patria mori.

De Dominorum audientia pauperum subditorum.

SVMMARIVM.

1 Misera paupertas iacet.
2 Aequalis auris tam pauperi, quàm diuiti præbenda.
3 Princeps qui aurem pauperum clamori claudit ei omne præcipitium sedis expectandum.
4 Iudicium æqualance sine respectu personarum habendum, sententiaq; ferenda.
5 Sententia à quadam à nominatione, q Macedonum Rex pauperes exaudire noluerit, lata & iusta.
6 Oculus, & præsentia Domini perspicatior alieno.
7 Peruersa, atque auri cupida turba officiariorum persæpè.
8 Maxima, atq; fortunata pollicitatio iustitiã amantis.
9 Habet, & exilium certissimum imperij Iniustitia.
10 Iniustitia æternam mortem minatur.

NARRATIO XI.

1 *QVANDOQVIDEM proh dolor persæpè contingat, vt miseri subditi præ potentibus, & opulentis coram Magistratu audientiam habere nequeant, et sic nonnunquã iusto cum negocio causa cadere debeant. Proinde iustus, ac probus Princeps, vel Comes æquè aurẽ*
2 *pauperi dare debet, ac potenti, considerando per hoc (vt Prouerb. Salom. pollicetur) longæuum, et tranquillum imperium se obtinere posse: sedes etenim Regis qui verè iudicat pauperem perpetuò*
3 *fortunata erit: Qui autem obstruxerit aurẽ pauperum*

perum clamori clamabunt ipsi vicissim nè exau
diatur. Patrocinare igitur & pauperi si velis Iu-
dicem iustum agere, mutis in iudicio patrocinare,
omnibus orphanis iudica, & abiectum, & poten-
5 *tem (vt sapiens docet) vindica inopem, & proie-*
ctum subleua, & nè ab illa vetula quemadmodũ
Macedonũ Rex quod imperare non debeas si pau
peres exaudire nolis exaudi, & æquales aures
præbe: Illa etenim cum sibi nõ otium esse diceret,
exclamauit, si nolis exaudire pauperes noli etiam
6 *imperare. Ad hæc non semper si officiarijs rem*
committas benè executum affirmes, sed oculũ Do
7 *mini meliorem, et perspicatiorem esse recorderis:*
officiarij enim tui, inquit Esaias infideles socij fu-
rum sunt, omnes diligunt, munera sequuntur retri
butiones pupillo non iudicant, & causa viduæ nõ
ingreditur ad illos. Atq; auri misera fames per-
sæpè aliter quàm fas est iudicare sinit. Viceuersa
verò omnia æquali metiaris lance. Nam si iusti-
8 *tiam amaueris, omnia tibi prospera euenirẽt, sin*
secus feceris, corruet imperium tuum. Vnde An-
9 *tisthenes Atheniensis vbi interrogaretur quæ nã*
disturbant, & corruere faciant imperiũ verè re-
spondit; Iniustitiam asserens; Iniustitia enim vt
10 *sapiens ait mortis acquisitio. E contra verò Iu-*
stitia omnium domina, & regina virtutũ (vt Cic.
ait) tronum fortunat, & dies dilatat: Hinc Anti-
sthenes ijs qui immortalitatem appeterent vnicam
viam ostendit ad eam nempè, iustè, pièq; viuere;
dili-

diligite ergo iustitiam vos (inquit sapiens) qui iudicatis terram quæ perpetua, & immortalis est.

De Venationibus Principum, & Comitũ.

SVMMARIVM.

1 Transitio narrat.
2 Causa finalis venationis duplex.
3 Belluarũ adeptio, & animi ac corporis exercitatio,
4 Casus quidam Regis Antiochi.
5 Exclamatio auctoris.

NARRATIO XII.



1 *VM propemodũ omnia quẽadmodum se regens nouitius Regimini accõmodare debeat attigerimus. Nunc & nobis visum fuit pauca et de eorum exercitijs illustrib. dignis breuiter vt annectamus præsertim nostro hoc tempore Principes, ac Comites relaxationibus sæpenumero quasi superfluis cum gaudeant. Inter quas non minima venatio est, quæ duabus potissimum*
2 *ob causis (vt Cic. de Nat. Deor. inquit) instituitur.*
3 *Primum, vt immanes, et feras belluas nanciscamur his deinde vescamur: ad hæc vt exerceamur in venando ad similitudinem bellicæ disciplinæ, quia venatio in perferendis malis, & laboribus fortes facit, & persæpè graues animi meditationes ex corde excutit, animumque exhilerat, quod*

multum

multum approbandum nè animus debilis in totum validò negotiorum pondere opprimatur. De hoc autem dictum uelim quo caueant nostri nouitij clauem Reip. uel Imperij tenentes nè et aliquando cum rubore, ac uerecundia ueritatem à leuis cõditionis hominibus, uel agricolis expiscãtur.
4 *Quod Regi Antiocho qui nimium sepositis alijs iustioribus Reip. negotijs se totum uenationibus dederat. Aliquando enim (ut in totum recenseam) cum uenatum equitaret, & sic uestigijs cuiusdam bestiæ auidè inhærendo aulicos, & ministros suos perdens, et à uia in totum aberrans, atque taliter ut in pauperis cuiusdam agricolæ turiolo pernoctare cogebatur. Hic Rex incognitus cum unà cum cæteris de uarijs colloquentibus ad focum sederet, & inter cætera de se ipso ab alijs mẽtio fieret, quod quidem probus, sed plerasque functiones mandaret amicis improbis; ille autem ad eorum facta conniuens, quod se immodico uenandi studio dedat, & per hoc frequẽter necessaria, & Reip. incumbentia negotia negligat, audisset, nè uerbum quidem respondens. Verum ubi diluculò satelites, atque cæteri officiarij illum tota nocte inquerentes approperauerãt: Agite, inquiens, ex quo uos indui, heri primum uera, & cũ rubore audiui, et sic à nimijs uenationibus quamprimum recessit, atque se suamq; operam quasi totam Reip. meditationibus consecrauit.*
5 *Quod utinam Deus præpotens faxit, ut nostri hoc tempo-*

seruato memento: Non enim cum Cic. nego quod ludo, & ioco vti non liceat, & sicut somno, & quietibus tum eũ grauibus serijsq; Reip. negocijs satisfeceris, vtenda dico, & cum ad relaxationẽ, & moderationem animi adhibeas, moderatè, & modestè vtaris: adhæc nõ lucrifaciendi gratia nè
3 *inde inimicitia proueniat. Præterea nè lusibus grauioribus assuescas: Id quod Plato demonstrauit; cum adolescens quare illum ob rem tam paruam tantum obiurget, respondit: paruus quidem*
4 *lusus, at paruum non est aßuescere, & cum Poeta dicat postmodum:*

Naturam expellas furca tam vsque redibit.


Proinde Princeps, vel Comes iuuenis nè se indecentibus, & immoderatis lusibus tradat: Verum potius eos qui pro temporis ratione non iocosè ludunt mulctet, quemadmodum Illustrissimus, et Serenissimus Archidux Ferdinandus meus clemẽtissimus Princeps, ac Dominus in sua aula, atq; toto comitatu Tyrolensi laudabiliter, & non sine fructu facere cõsueuit, omnibusq; cuiusq; sui territorij iudicibus, officialibus, & Capitaneis, vt exequantur strenuè iniunxit Præpotens largiatur, vt eius exemplum laudabile omnes cæteri Principes, & Magistratus imitentur, & opere exequi curent.
5

De Constantia illustriss. potissimum Principum, & Comitum.

SVMMARIVM.

1 Mala consuetudo nobilium multa polliceri, pauca præstare.
2 Fides Principum firmissima esse debet.
3 Hostibus etiam fides seruanda.
4 Inhonesta, vel Reip. nocentia præstare nullo iure tenemur.
5 Pauca verba sensum validum comprehẽdere debẽt.
6 Peruersus mos hominum sesquipedalibus delectari verbis.
7 Haud indecens est reuisionem litis, & sententiæ latæ petere.
8 Non facilè quid simpliciter promittendum.
9 Securissimum pollicitationis symbolum est singula prius parcis metiri verbis.

NARRATIO XIIII.



1 *BVSVS perniciosissimus apud cuiusuis ferè, potissimum tamen illustris conditionis homines ortus est, vt perperam arbitrentur nobile, & illustre esse plurima polliceri in maioribus verò promissis non stare. Nouiter autem illustris quæcunq; vel cuiuslibet gradus, persona, regens, considerare debet eam Prin-*
2 *cipum fidem esse oportere, vt simplex eorum dictum sanctius sit quàm quorumuis leuis conditionis hominum, iuramentum, atque cauere summo-*

pere

3 *pere debet, fidem nè frangat. Proinde etsi cũ hostibus transactionem fecerit, vel fœdus aliquod inierit, caueat nè frangat. Nam et hostibus fides*
4 *seruanda sin verò aliquid quod contra honestatẽ, vel vtilitatem publicam promissum (quod haud facilè litterato, & prudenti contingere posse arbitror) fuerit, neq; diuino, vel humano iure præstare tenetur; Nè autem id aliquandò contingat, singula prius benè perpendat, & cum Gellio dicat 2 Optimum esse homini linguam thesaurũ quæ parcis mensurat singula verbis, laborabit etiam vt mens integra, atque totalis sensus pauca in se habeat verba. Hinc eximium æncomeon nostrorum*
5 *maiorum extat, qui in suis licet iustissimis, & ponderosissimis negocijs simplicès tamẽ nudi verbis, atque veri loqui semper extiterunt, & se non tantis ambagibus tot tantorumq; sigillorum robore delectarunt, et vocabulis his (ITA, NON) iuramenti loco, & valore vsi fuerunt, sibiq; inuicẽ fidem adhibuerunt, considerando, quod prius id, quod promittendũ erat, ad vnguem ponderarint, & non tam faciles, ac leues in promittendo (quod potissimum apud nobiles, & illustres hoc tempore in abusum venit) fecerunt: sin autem iuuenis Princeps fucatis, & astutis verbis ad promittendum quid siue honestum, vel iustum sit, siue non, minimè illum ligatum cum Iureconsultis de regulis iuris, & cum Plauto, atq; Cic. censeo. Inquiens prima Amicitiæ lex sanciatur, vt ab amicis ho-*

nesta petamus, & amicorũ causa honesta faciamus: item iniusta à iustis impetrari non decet. Præterea si fortassis contingat, vt perperam, & fucato modo causa ad Dominum delata sit, taliter vt si iustus iudex nominari velit, aliter quã factum fuerit, sententiam ferre debeat. Ideo num
7 hanc ob causam inconstãs si sententiam reuocet, atq; reuideat, dictitabitur? Minimè verò persæpè etenim contingit, vt officiarij, Iudices, Capitanei, & omnes Magistratum gerentes rem, & causam aliter quam se habeat Principi recen-
8 seant. Cauebit igitur bonus Princeps, vel Comes nè facilè simpliciter, ac nudè aliquid promittat, vel agat: Verum potius Agesilaum Regem prudentem imitetur, qui cum de re incerta aliquid promittere debebat. Dico, inquit, si iustũ est, promittere nolo si secus: Rem autem iniustam cum erat expertus nec dictis stare voluerat, et à suis eius rei causa obiurgatus, id quod promiserat, ut præstaret, inquit, Dixi quidem sed non promisi: At illis obijcientibus. Atqui oportet præstare quicquid Reges, uel capite annuerint, non magis inquit, quam eos qui ad Reges accedunt petere decet iusta, ac dicere securissimum autem est nec limites constantiæ egredieris, si rem de qua agitur prius, mente, & corpore perpẽdas, metiaris, & ad calcem ponderes, ad omnia quoad fieri potest, accidentia, requisita, et circunstantias, uel si
9 id ipse facere nolis, per senatum, qualem habere debes

debes fidelem, sincerum, & iustum mensurare rem, & causam iubeas, atque iudicio eius te subijcias. Deinde haud à constātiæ uia aberrabis.

Quid Principi, vel Comiti ponderosum aliquod cum negotium incumbat, vtpotè bellum, frumenti caritas, vel aliqua alia vrgens necessitas, agendum.

SVMMARIVM.

1 Optima, & firmissima anchora Deus Opt. Max.
2 In vrgentibus negotijs preces, vel supplicationes solemnes instituendæ.
3 Sacrificiorum institutio Ethnica.
4 Primò Deus consulendus, deinde humana consilia capescenda.

NARRATIO XV.



OSTRI Maiores olim ante tempora, quando urgentia illis incumbebant negocia asylum,
1 *uel anchora, et columna prima ad quā confugiebant fuit Deus Opt. Max. eum indesinenter ieiunando, corpus castigando, atque piæ misericordiæ opera exercendo inuocarunt, quò bellum, uel famem auertere, uel aliter illos conseruare, & saluare uelit; ille enim uerus, & solus conseruator, & rector. Proinde haud absurdè, uerum potius*

tius benè, atque catholi Principem facturum autumo, si in casibus talibus non statim humana consilia ineat, sed potius omnium primò in o-
2 *mni suo territorio, ac regione preces communes, uel supplicationes solemnes instituat, & quod si Præpotens Deus, & iustus iudex in populum irã conceperit eam lenire, si non in totum auertere uelit. Hoc enim et Ethnici (ut Christianos taceã) facere consueuerunt, qui tamen Deum uerum nõ norint, si nouissent, plus proculdubio fecissent:*
3 *Nam illi nil memorabile initiari uolebant, quod si non prius suis Idolis uota, sacrificia, & supplicationes solemnes instituissent, atq; celebrassent, ut in Iustino, Liuio, Alexandrino, & alijs quamplurimis antiquorum monumentorum historicis uidere licet. Hoc autem ut magis probabile fiat (licet hoc loci probatione mea non indigeat oratio) unicum tamen recensebo. Liuius lib. 6. de bello punico.*

Cum Annibal capitalis Romanorum hostis Romã, eam ut funditus euerteret cum maximo numero exercitus perrexisset, fortiterq; obsedisset, taliter ut maxima, & urgens, ac quasi extrema in Vrbe necessitas appareret, tempore hoc maximus hominum cuiusque gradus ad Idola sua concursus fuit prò subsidio, ut illa inuocarent. At nõ solùm necessitate urgente id facere consueuerant, uerũ etiam tempore pacis in honorem suorum Idolorũ triumphos, ludos, atque spectacula publica instituerunt.

tuerunt. Hanc autem ob causam vobis Ethnicos ante oculos pono, vt Christianus, & Catholicus Princeps, & Comes qui vnum verum Deum colit, agnoscit, & si illum vrgens negocium, præmat
4 *primò vnà cum suis ad verum in perturbationibus, & necessitatibus consolatorem, & adiutoré celeri gradu currat, colat, & inuocet; deinde verò humana capescat consilia. Proinde quomodo Princeps, vel Comes inuenis in bello, vel alijs necessitatibus se gerere debeat, paucis finem postmodum imponentes, enarrabimus.*

Quomodo Princeps, vel Comes tempore belli sua consilia instituere, & an plus subdito suo populo, quàm extero fidere debeat.

SVMMARIVM.

1 Duces exercitus boni eligendi.
2 Commodati, & idonei duces exercitus qui sint.
3 Quattuor requisita Ducis, vel Capitanei boni.
4 Scientia rei militaris, Virtus, Auctoritas, & Fœlicitas.
5 Requisitorum probatio.
6 Multi plus exteris fidunt, quàm subditis.
7 Refutatio iamiam dicti.
8 Præclarum est pro patria mori.

NARRATIO XVI.

1 CVM omnium primò, & plurimũ referat quales exercitus Duces, uel Capitanei sint. Proinde Principi, et illustri gnauiter curandum, Capitaneos, vt idoneos eligat, & de
2 his sibi; suoq; exercitui benè prouideat. Commodati autem erunt in quibus (vt Cic. pro lege Ma-
3 nilia inquit) quattuor insint, videlicet scietia rei
4 militaris, Virtus, Auctoritas, & Fœlicitas; secũdùm enim requisitum primum ij optimè, vt in-
5 quit, Ducis, vel Capitanei munere funguntur, qui rem militarem, resque hostium, vel per propriam praxim, vel per historiarum assiduam lectionem quam maximè cognitas habeant, qui magnanimi animosi, fideles in milites, constantes, stabiles, non proprium commodum quærentes, non auari, non venerei sint; item qui suo quoque proprio exercitui timori sint. Formidulosior enim ceruorum exercitus (dicit Plutarc.) est duce leone, quã leonum duce ceruo. Quartò, & vltimò requiritur vt litterati, & plerunq; historici calida consilia, atque celerrima quamcitissimè capiant, et capescere norint. Tales enim Capitanei sibi postmodũ pro tali quoque pro virili exercitu prouidebunt. Quibus autem potissimum Principi, vel Comiti suis, vel exteris fidendum sit, videamus. Sunt licet
6 nonnulli qui plus fiducia in exteros ponunt, quàm in

7 *in suos, quod ego absurdum cum Cic. iudico, considerando quod illi stipendij, & salarij causa periculum subeant; hi autem nullum periculum quod pro patria subeundum est fugiunt, nullo salarij:*
8 *vel stipendij respectu praeliantur, sed pro patria mori praeclarum putant; sit autem vti velit, & Lucianus lib. 10. Pharsaliae vtrisque fidem deneget dum ait:*

Nulla fides, pietasq; viris qui castra sequūtur
Venalusq; manus ibi fas, ibi plurima merces.

Prudens autem Princeps, vel Comes cui fidendū facilè posse iudicabit. Cum autem generalem, atque supremum saepè exercitus Ducem vnà cum exercitu in hostili praelio mori contingat, atq; cū de caeteris aetatis partibus dixerim, & de extremo vitae actu haud indecens erit quicquam proferre, vt cognoscat Princeps, vel Comes quid & in eo cogitandum, vel agendum sciat.

De extremo vitae actu, morte videlicet illustrium personarum.

SVMMARIVM.

1 Vita haec nostra diuersorio comparatur.
2 Maxima apud Ethnicos erat recordatio mortis.
3 Perpulchra, & apta erat apud Ethnicos inter lautè viuendum consuetudo.
4 Adhortatio Epilogi loco ad omnes illustres.

NAR-

NARRATIO XVII.



*POSTOLVS ad Hebræos
13. Non habemus inquit ma-
1 nentem hic ciuitatem, sed fu-
turam inquirimus. Item Cic.
in lib. de senect. commorandi
natura diuersorium non habi-
2 tandi dedit. Hæc quantum Ethnici, qui nihil de
Deo nouerant, verum natura duce solùm viue-
bant, quantum inquam ponderarint, atque cordi
acceperint luce clarius est, & non opinor opus fo-
re, vt multis antiquorum exemplis probem. Infe-
ram autem vnum, vel alterum. Rex olim poten-
tissimus Xerxes aliquando quare tam meditabun-
dus mensæ assideret, rogatus, inquit, subijt animũ
meum cogitatio, quàm breuis sit hominum vita,
quando ex tam numerosa multitudine post annũ
centesimum nemo superfuturus est. Præterea mos
3 erat olim apud Aegyptios in diuitum epulis vt
vnus ex illis cadauer ligneum, sed quàm proximè
ad verum effictum ostenderet singulis dicens: In
hunc intuens pota, & oblecta te talis post mortẽ
futurus. An non accommodatæ erant hæ medi-
4 tationes, & consuetudines. Vtinam pleriq; Princi
pes, Comites, & cæteri illustres qui non superiorẽ
se esse perperam putant, atq; eos omnes omni mo-
mento cadauer hoc nostrum indueremur, atque
mortẽ certam meditaremur, insuper vitam hanc
no-*

nostram mortem certam, diem verò incertissimũ habere consideraremus, & cum Ecclesiaste 41. diceremus. O mors, quàm amara est memoria tua, homini pacẽ habenti in substantijs suis viro quieto. Hoc si benè cordi acciperemus, impossibile dico nos superbiæ venereis affectibus, & cæteris prauis motibus rapi, & alia vitiorum genera innumera perpetrare posse. Nihil etenim inquit S. Hieronymus æquè proficiet ad temperamentum omnium rerum, quàm frequens mortis meditatio. Impossibile, & cum sapiente dico si in omnibus nouissima meditaremur, unquàm peccare posse. Proinde ut cum S. Matthæo 6. cap. concludam: Recondite uobis thesauros in cælo (dico) ubi neque ærugo, neque tinea corrumpit, & ubi fures nec perfodiunt, nec furantur.

F I N I S.

EPIGRAMMA,
Eiuſdem Auctoris Magiſtri Chri ſtophori Schueningeri ll.Candid.

Ad

Perilluſtres, & indolis inſignes Maximilianum,& fratres, Comites Lodroni diſcipulos ſuos ſuauiſſimos.




ERGITE Diſcipuli qui ſint attendite ueſtros
Illuſtris Genitor, clarus potenſque fuit:
Cæteri præclari, præcellens tota propago,
Et uos Virtus amat, uos præcelſa cupit:
At quoniam longis illuc ambagibuſq; itur
Semita libelli tantum monſtrat iter:
Omne etenim ſceptrũ generis nitor interit omnis
Lumine uirtutis ni nitor ipſe micet.
Illuſtris igitur poſsis didiciſſe iuuentus
Vt mores librum ſæpè reuolue meum,
Quò tale exhibeas regimen latentibus annis
Sub cuius ſceptris patria ſoſpes agat.

LVGVBRIS ORATIO,


In funere Incliti, & Illustriss. Viri D.D. Gaspari Comitis Lodroni, & Castri Noui Domini, habita, & conscripta per Auctorem supradictum.

Ad

Perillustres, & eximij ingenij, ac indolis iuuenes Maximilianum, Carolum, & Alphonsum, eius relictos, & superstites filios mœstissimos, discipulos suauissimos.



AMETSI ipsa vltio mors, vestri piæ, & fœliciss. memoriæ parentis, perillustres iuuenes, Viri vndequaque nobilissimi,



ſimi, ſatis ſuperq́; ſit calamitoſa, & deploranda: attamen maioris miſeria eſt hoc eum potiſsimum tempore vitæ cenſum naturæ exoluiſſe, quo tot iam menſibus tantus heros à nullo ritè verbis celebratus iacuerit: Id verò partim quod non pauci præſtantiſsimi ob mœrorem maximum munus ſuum exequi non valuerint, partim quia alius aliũ expectans, atque honorem hunc alius alij relinquẽs, omnes interim obmutuerint. Mihi vtrunque vſu venit. Nam cum in memoriã reuoco dolorem illum quẽ ex incliti huius herois morte cœpi quàm maximum vox mihi faucibus hæret, & artubus contremiſco, atq; cum innume

ri

ri fuerint, & sint, ingenij dotibus verborumq; affluẽtia me longè maiores, ac præstantiores, illis (vt decuit) in hunc vsq; diem lubens locũ dedi. At ij cum tardius prodierint, & vt vestræ assiduæ petitioni (iuuenes ingenuosissimi discipuli charissimi) aliqua ex parte satisfacerem, ego solus temerarius prosilij, et planè mihi affirmaui satius fore cum pietate linguæ balbutiem meam vobis irridendam, & deludẽdam exponere, quàm tanti viri præstantiã condicere, atq; taciturnitate summam impietatẽ incurrere sed quorsum hæc? Iusta adeo edã, iustos proinde, & beneuolos iudices reperiã. Quamobrẽ ad rem ipsam accedamus,

mus, quò igitur me vertam? Unde exordiar? quid primò dicam? conquerar ne Parcas discordes tantũ Reip. bonum è medio sustulisse? aut contra fata iniuriarum actionem instituam? Non, non, res ipsa reclamat, & contradicit. Leuare nè animos vestros cõsolatione aliqua debeam? At factu hoc impoßibile, cũ in eum miseriæ locũ deuenerimus, vt consolationi locus ferè nõ sit. Huius herois nè virtutum magnitudinem, corporis pulchritudinẽ, membrorum compositionẽ, vel animi dotes, resq; præclarè gestas enarrem? At vereor, nè uires ingenij mei, atque ætatis non satis maturæ ad tot tantasq; enarrandas virtutes defi-

ciant,

*ciant, minimeq́; tantis bonis respon-
deant. Optant nonnulli aliquid ma-
gni dicturi Tullij eloquentiam, nō-
nulli Demosthenis facundiam desi-
derant, nonnulli Platonis pruden-
tiam appetunt, nōnulli Euclidis in-
genium efflagitant, nonnulli Peri-
clis curiositatē acclamant, qui con-
cionaturus nè ineptū verbum pru-
dēti elaberetur, semper Deos sum-
mis precatum fuisse dicitur. Optant
præterea Poetæ cū vaticinari vo-
lunt centum linguas Virgilius etiā
ferream vocē: At quid mihi optan-
dū satis sit penitus me latet, et nunc
mutus hæreo nisi mihi hoc momēto
prædicti omnes opem, et partem suā
opitulentur, vt vniuersa nō dicam*

 singula

singula huius viri facta æterna memoria digna oratione mea possim obiter saltem assequi: Cum autẽ me parum colligo, nimiũ me in his versari video vosq́, multum nimis quã sat sit, atq; tẽpus hoc lugibile, et omni mœrore plenũ postulet, detineo. Magnus hic heros Deus bone quot quantaue præsagia (de infantia etenim sua, et puerili ætate pauca primum lubet dicere) habuit? Parcæ volubiles, & inconstantes quæ illum ante aliquot nobis, et non sine damno grauißimo proh dolor surripuerunt. Quid enim illi inquam adhuc in cunabulis natanti pollicitæ sunt, certè insignia quæq́, & præclara (vt in Genethliaco illi tum tẽporis

à docto

à docto viro dedicato videre licet.)
Quis non tùm cum etiamnũ à suorum Illustriß. parentum collo pēderet, et inter nutricum manus reperet singulare, et magnificũ quid sibi de eo polliceretur? quis nō aliquid magni speraret? Nam vt paululũ hic me conteram, quamprimũ verum hoc Patriæ lumen, et vestræ illustris familiæ magnum incrementũ Gasparus hic fœlix, et uerè beatus ab Illustriß suis Parentibus Nicolao Comite de Lodrono, et Gentila Comitissa de Archo nata, progenitus in terram natus, & labra vix mouere posset, vel vt cũ Horatio loquar: Voces reddere nouerat, ac pede certo signaret humum. Pri

mum fide catholica, atq; optimis disciplinis, et artibus præceptore lateri suo sẽper adhærẽte imbuebatur; quibus honestam vitæ rationem cõseruauit, & illustriß. suæ propaginis auxit incrementum. Vnde nihil mirum si mox in eũ honoris, & dignitatis locum, gradus nõ dicam (erat enim Jllustriß. & generosiß. ante antiquißima ẽt sua familia) apud plerosq; ferè Principes, & Jmperatores variarumq́; nationum Reges peruenerit, vt omnes sibi æquales vicerit, et multo superarit. Quid autẽ de recreationibus heroibus, et illustribus dignis quas in iuuenili ætate habuit, et perdidicit referã? Dies me deficiet, si omnia (innumera ete

nim

nim ſunt enarrare coner) Omittã ſingularia, referã vniuerſa, cũ breuitas gratiſſima ſit, atq; auditorib. arrideat, ò quoties perpulchrè Dominator hic ingens equum aſcẽdit? ò quàm aptiſſimè feroces domauit? ò quàm mirificè eos agitauit? ò perquàm aptè artem Hoſti lancea occurſandi acquiſiuit? ò quoties inter ſuos (qui milites ſtrenui, et ĩſignes) et exteros certamẽ eminus, & cominus inſtituit? quoties nam feras inſectari iuſſit? ò quoties montes altos pedibus (indefeſſa enim erat laboris ſui tolerantia, et durabat ſemper, nec vnquã fatigabatur) pedib. inquam montes percelſos aſcendit? certamẽ cum vrſis, & apris iniuit,

nec tamẽ cætera interim (vt plerisque fermè nobilibus iã mos est) neglexit, sed omniũ vicißitudine, quæ ita temperabat, vt sese iucunda variatione distinguerent, sic vnius studium recreabat, et excipiebat alterius: Vt in fluminibus videmus, alia aqua aliam (secundùm poetarũ sententiam) trudit, donec continuo cursu, quò uolunt perueniũt. Nam ad suos rediens, cũ familia, quæ omnium semper maxima erat, et est, viuebat sanctè ad studia, & musicalia instrumenta se conferebat in quibus persæpè totas inuigilabat noctes. Hoc summariter per totam iuuentutem egit, vt suis Illustriß. maioribus dignus existere posset, quæ

eum

eum spes minimè fefellit. Cum enim Parentes, sui nobiliss. eum præclara quæq; quæ illustrem iuuenem addecent in studijs, cæterisq; virtutibus assequutū arbitrarentur, & ad inseruiēdum Imperatoribus, & Regibus maturum, et idoneum existimarent, Viennam, et Pragam vbi locorum Cæsarea sua Maiestas suā sessionem, & residentiā habet, gladiumq; tenet, ad Maximilianum tunc temporis Imperatorē Romanum, semperq; Augustum laudabilis, et fœliciss. memoriæ maxima (vt Virgilij verbis vtar) comitātē caterua ablegarunt. Dij boni quantū honoris, laudis, & dignitatis diuinus hic noster Heros, ibi breui asse-

cutus? eum amabant diuites, diligebant pauperes, succensebat nemo (quod rara auis in aula) tā humanus erat erga omnes, exhibebat se erga plerosq;, et auream illam mediocritatem (vt Flacci dicto cōprehendā) tenebat. Bone Deus, Bone Deus quid dicā de intimo, & sincero amore qui suæ Cæsareæ Maiestati cum illo vti naturali fratri cum fratre, vel Aeneæ Troianorum Principi cum Achate Virgiliano intercedebat? illū verè amabat, fidebat soli, aperiebat secreta omnia, cōmunicabat singula, cum illo semper solo colloquium erat; cum casus quidā, vel vrgens aliquod negociū incidit, primum pijssimi Imperatoris ver-

bum

bum erat, Vnde Comes Gasparus? accersatur ille, consiliatur vir magnus in omnibus præstans: Dij boni spes, et fiducia vnica, atq; omnium salus pēdebat in Heroe, terq; quaterq; beato: si quæris vnde nam hoc prouenerit; ex benè transacta vita. Nā verißima refert Cicero in libr. de senect. inquiens: Cum primæ partes ætatis benè descriptæ sint, cæteras, atq; extremum vitæ actū tanquā ab inerti poeta haud posse negligi. Quo pacto si suscitaris iterū vnde tāta fiducia originem traxerit? Fidelißima seruitia, & continua, quæ plurimis Imperatoribus non sine maxima laude per quàm plurimos annos fecit id, et plus me-

riebantur.

riebantur. Erat in cubili sua (Cæsareæ Maiestatis continuus in ministrando aßiduus, adhærebat eius lateri tanquã affixus scopulo semper. Nihil dicam de iocis, & recreationibus Aulicis, atq; Illustres saltem cõdecentibus, quæ in omnibus Principum Aulis instituuntur, vt est celer ad annulũ equo cursus, alterius contra alterum lancea obuiatio fortis, lapitis volutio, pilæ perpulcher lusus, & alia innumera Imperatoria exercitia, quoties in ijs triũphauerit, palmã omnibus præripuerit, atq; laudis publicam proclamationem à formosißima quadam Virgine initio chorearum (ut mos est in Principum aulis) factam, maximo

cum

cum honore audierit: superſedebo & mentionem facere de ponderoſiſsimis, & ſpectatiſsimis officijs, quibus à prænominato Imperatore piæ, & laudabilis memoriæ præpoſitus fuit quæq; ſumma cum prudẽtia, & fidelitate ſuprma ſincerè peregit. Non referam illud Licurgi ſtratagema (ſi ita vocare licet) quod extra aulam laudabiliter, et cum omniũ admiratione peregit. Proh hominum caſus quoties ſupremũ ſuæ Cæſareæ Maieſtatis legatum egit? quoties commiſsionis loco, ratione vrgentium, et plurimum importãtium cauſarum in Italiã, in Hiſpaniam, & in diuerſa diuerſarũ prouinciarũ loca quaſq; quaſi omnes

innu-

innumeris sub Iudice pẽdentes annis finis executioni mandauit, atq; summa cum gloria, et si licet cũ vestra venia dicere triumpho ad Imperatorem reuersus peregit. Quid autem post hanc frequentißimam transactionem, et curam publicam fecit, coniecit nè sese in otiũ? aut laboribus præclarißimis, & Illustriß. solùm dignis animum fatigare, ac benemeritis sibi Imperatores, & Principes plerosq; deuincire cessauit? Minimè verò, imò Dij melius. Mox enim ad maiora animũ adiecit, et qui prius alienũ Regimen tenuerat suæ Reip. (optima suæ Cæsareæ Maiestatis venia, & nutu) curam aggreditur. Nam vt merita

meritò

meritò dicā hæc ipſa ſua Maieſtas in ſignum ſuorum meritorū ſtirpe inſignem verecundam, caſtiſsimā, deuotiſsimam, & nobiliſsimā Virginem Annam Berchin Baroniſſam de Duba Lippa, & Reichſtat ſuperſtitem viduam mœſtiſsimam, et religioſiſsimam illi in matrimonium, & in indiuiduam vitæ ſocietatem dedit, ac maximo dotis ſolamine, atque familiæ nobiliſsimæ ſplendore iunxit, et adſociauit, ex qua dulces, et ingenuoſiſsimos, atq; haud vlla in re tibi diſsimiles filios tres, filiam vnam formoſiſsimam, atq; iamiam venuſtate oris iucundiſsimā diuinitus quaſi progenuit, qui non minora publico cōmodo pol

licentur.

licentur. Utinam unanimi (ut cũ Virg. loquar Eglog. vi.) fatorum numine concederetur, ut paululũ tuorum liberorum uiua solamina, quæ tibi Dij surripuerũt (at maiora, & perrẽnia dedère) sentire queas: Sis fœlix semperq; beatus Gaspare Comes fœlicißime, filij etenim tui te minimè indigni te tuaq; facta (præpotente illis uitam largiente, & assistente) etsi aliàs tuũ nomen perenne nutanti, & ponderoso Mundo ostendent, & ad uiuum exhibebũt, sed quò pergo? quid dico? Nũ diuos momentanea hæc curare existimo? Absit Diuis hæc lõgè absimilia, atque multum delusoria. Proinde ad rem redeam, in incœptis persistam,

qui

qui inquam prius alienum regimen teniserat suæ Reip. curam aggreditur, & ad subditorum suorum commodum se accingit, domum cũ maxima gente, et vxore conueniente, ac dulcissima reuertitur, & tanta prudentia suæ iurisdictionis administrationem sustinet, vt à subditis nõ pro Domino, sed patre: non pro homine, sed Angelo: nõ pro Imperatore, sed Deo habebatur, & qui ab exteris diligebatur multum, à subditis hac adhuc hora amatur plurimum. Ipse enim omnibus anchora, et asylum erat firmissimum, ipse oppressis tutissimum erat refugium, ipse viduarũ pupillorumq; causam fouebat, ipse nè quid in infimos po-

tentes

tẽtes machinarentur aßiduè curabat, ipse omni rei priuatæ simul, et publicæ certißima columna existebat ad eum conuolabant quicunque Remp. saluam volebant, ipse si quid e Rep. & de vniuersorum commodo agebatur inuentor, incœptor, & perfector erat, ipse omnis omnium spes erat: In summa ipse omnibus tam supremis, quàm infimis iustitiam largiebatur, vt meritò dicere poßis si vlla in terra iustitia habitaret, apud diuinum hũc Heroem sedẽ suã habere voluisse. Nondum attigi vestram iuuenes nobilißimi quam ex parente vestro dum in viuis esset, hausistis commoditatem, quo superstite Dij boni

quantum

quantum educatio veſtra bona cre
ſcebat: etſi creſcat, et augeatur ma
gis indies: Vos etenim quamprimū
eo modo, quo ipſe ſuam iuuentutem
tranſegit inſtituere, & optimis ar-
tibus erudire fecit; quæ plebeis ar-
gentum, nobilibus aurum, illuſtri-
bus gemmæ, & uniones eſſe ſolent.
Dicam breuibus. Plurimum de-
betis vos, multum debet, & tota
familia: Nam Deum immortalē,
quæ erat in illo humanitas, quæ be-
nignitas, quæ in loquendo grauitas,
quæ ſuo tempore comitas, quæ in
adhortando, et caſtigando cum cle
mentia iuncta ſeueritas, quæ in om-
nes pietas, & amor. O crudelia fa-
ta, quæ nullum mortalibus bonum

diuturnum esse sinunt, & patiuntur. O mors quid nos tanto amore, tantoq; heroe diutius sui prohibuisti? Num verita es ne iugum tuum excuteret? vel aufugeret potentiam tuam? Certè aufugit: nam & fœliciter cum Deo viuit, et apud totum quasi mũdum magis magisque sua familia Jllustriß. & præstantißima florescit. Hactenus mihi videor non tam vestri amantißimi fœlicis memoriæ parentis gloriam extulisse, quàm vestrorum, & patriæ exterarumq; prouinciarum fœlicitatem, qua eo viuo omnes vtebantur, enarrasse. Nam si totam eius vitam ambobus (vt ait Prouerbium) oculis intueamur, nihil

est

est quod non publico quasi commodo destinatum iudices. Proinde nō mirum si eo sublato lugeamus, et publicus (cum publicè semper quasi vixerit) quoque luctus, vt Bruto olim, institutus sit, et instituatur adhuc, sed tempus est, animi nunc dotes, quibus Heros hic diuinus fulsit, paululum colligere. Quis enim eum qui litteris à iuuentute sub viris Doctißimis, quos Praeceptores habuit, & optimis artibus incubuit, litteratum praedicet? Varijs linguarum generibus polluit, erat & historicus praecellens historias passim omnes (quod illustribus dignū, & memorabile) tam antiquas, quàm nouas in promptu habebat.

Quid autem rerum cognitionem multarum prodesse dices? si absit virtutum exercitium? Hunc igitur ad exemplum Phœnicis Homerici bonum, clarumq; virum prædicabis cum dicere, et facere (vt partim audiuistis) ingentia potuerunt. Nam si miraris eum, qui noceat nemini, aliorum commodis inseruiat, quanti hunc æstimabis, qui nō se modo iustum voluerit, verum et suos subditos, & quoscunque alios eò monuerit, instigerit, et pro virili traxerit. Nonne hic verus iustitiæ sitis? quam saturari Christus pollicetur? Nonne hic amor sincerus qui sui similes quamplurimos optat? quiq; non suo nomine solum,

ſed ratione omnium quos ad bonū pertraxit præmia merebitur: Bone Deus quantum prudētia pollebat? quam ex litterarum primum cognitione, deinde ex variarum linguarum nationum, et prouinciarum perluſtratione, & experientia ſibi mirabilem acquiſierat: Nam & præteritorum fermè omnium benè meminerat, præſentia ritè gubernare poterat de futuris quaſi nunquam fallebatur. Quid dicam de fortitudine? nullis fortunæ caſibus mouebatur, omnes mundi delicias deſpiciebat, corporis etiam viribus, et membrorum mirabili compoſitione, atque ſtatura perpulchra octoginta quaſi iam annos habenti,

nullus (quod est mirum, & quasi incredibile dictu, dabunt autem, qui nouerunt, et liberi sui, quos natura fabricatrix excellens ei nō absimiles progenuit, testimonium) nullus inquam, ei erat æqualis tantis etenim & corporis bonis à natura erat donatus. Quis illustrium eum liberalitate superauit? eo etiã iam defuncto superat? tanta erat in summo viro religionis pietas, tanta bonorum operum executio, tanta relicta pia pijs locis fecit, tanta opera pia, sancta, et ingentia post se reliquit, atque hæredes proximi annuatim plus quam debent et sat sit (viduam perillustrem matrem vestram multo deuotissimam, &

vestri

vestri solicitam puto) exequuntur. Deus autem his, vt sapiēs ait, dat gratiam. Temperantia vitam suā ita instituebat, vt nec vlla in re nimium fecisse argui, vel egressum medij tramitem reprehendi potuisset. Demum quis res magnas, & excelsas maiori animi grauitate, et splēdore summo administrauit? ò rara pietas, ò vitæ sanctimonia Christum in ore habebat, gestabat in corde semper, in precibus erat aßiduus, in danda eleemosina liberalißimus (cuius successores, & amici omnes hac in re nemini cedūt. Quam Christianißimo, et Catholicißimo modo animam traxerit, nè dolorem tristißimum renouem, præ

lachrymis dicere non audeo: sufficiat hoc vnicum eum talem vitæ exitum habuisse, vt vitam potius ingredi, quam relinquere velle existimaretur. At quãto ego Heroem hunc angelica laude dignißimum altius tollo dolorem nostrum exaggerare video, & sentio, atque non abs re vel ratione vrgentißima. Amisimus enim spem nostram, refugium nostrum salutem nostrã, & vt breuibus multa comprahendam, amisimus vno temporis momento tantam fœlicitatem, quam vereor, nè post multa sæcula patria sit labitura, sed quid diutius querar? quid lugeam? quid vociferabor? O cœlum, ò terra, ò Neptuni

maria,

maria, adeo inuisam esse mortis tyrannidem? Iure suo vtitur. Quare ergo non idem in tyrannos et pessimos quosque? In pernitiem hominum hos relinquit, in bonos sæuitiã suam exercet. Heu mihi quanto est amara mortis meditatio homini pacem habenti in substantijs? Heu, heu quantum viscerorũ meorum intima Xerxitis regni olim potentißimi meditatio penetrat, ac quasi penitus rũpit: subijt (inquit) mensæ aßidẽs, et multitudinem suorum inspiciens animum meum cogitatio, quam breuis sit hominum vita, quãdo ex tam numerosa multitudine post annum centesimũ nemo superfuturus est. Verum cohi-

beamus

beamus nonnihil lachrymas, et videamus num consolationi locus esse possit. Vereor enim vt nimius luctus in stoicorum censuram incidat atque constantiæ virtutis pulcherrimæ fines transgrediantur. Nam non hac conditione nati sumus, vt mortis imperio subiaceremus? Miserrimus hominis status est, et conditio: Nascimur primo magno labore, magnisq; tormentis, mox in signum calamitatis nostræ eiulamus, deinde tot incidunt miseriæ, tot pericula, vt sæpius de salute desperandum sit. Diues est aliquis timet opibus suis; pauper est? ab omnibus relinquitur; Bonos viros torquet inuidia: Improbi ipsa malitia laborant,

rant, vt meritò quidam primum fœlicitatis gradum fecerit: Nunquam nasci proximum citò mori: Adhæc si dicti cum Apostolo ad Hebr. 13. recordabimur: Nos non manentem habere hic ciuitatem, sed quod futuram inquiramus; & cum Philosopho: Naturam commorandi diuersorium non habitandi dedisse, cohibemus certè à fletu oculos. Nam quid est proh Deum immortalem quod iure accusare possumus? Num mortem? Omnes huius imperio subiacemus, & sub hoc duce militamus, num morbum? at nullus fuit, nisi qui quibus fata instant. Quid igitur num Deum immortalem? qui cum superstitem

am-

amplius noluerit? At tempus aderat, quo emeritum militem coronaret, æternaq; salutis præmia conferret. Desistamus igitur iuuenes perillustres viri nobilißimi à vano luctu non dicam impio: videtur enim potius cõgratulandum, quam lugendum, cum præsertim tot tantisq; turbulentis sæculi fluctibus ereptus sit, & eo peruenerit, vbi omnia curæ, & solicitudinis expertia sunt vbi quieta, sedata, tranquilla sunt omnia, vbi omnium voluptatũ verus fons, & origo est. Præterea puerile est plangere cuius rationem reddere nescias: Frustra etiam id consideras, quo te potiturum non es nescius, & quæ reparare nõ pos-

sumus